


WILHELMUS INSTITUT  
FBN 466

PETRUS  
POMPONIUS  
DE NATURALIUM  
EFFECTUUM CAUSIS



GEORG OLMS







PETRUS POMPONATIUS  
DE NATURALIUM EFFECTUUM CAUSIS



I  
71|4540

F  
B  
H

466

Petrus Pomponatius

De naturalium effectuum  
causis sive de  
Incantationibus

1970

GEORG OLMS VERLAG  
HILDESHEIM · NEW YORK



Aus: Petrus Pomponatius, Opera, Basel 1567.

Die Vorlagen befinden sich im Besitz der  
Universitätsbibliothek Erlangen (Signatur: Phys. IV 4<sup>aa</sup>), der  
Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel (Signatur:  
Li 7106) und der Niedersächsischen Staats- und Universitäts-  
bibliothek Göttingen (Signatur: 8° Philos. I, 941).

Die fehlerhafte Paginierung wurde beibehalten.




Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Basel 1567  
Printed in Germany  
Herstellung: fotokop wilhelm weihert, Darmstadt  
Best.-Nr. 5102 374



6  
PETRVS  
Pomponatius de naturalium effe-  
ctuum causis, siue de Incanta-  
tionibus.

*Caput primū, in quo nōnullæ dubitationes adducuntur  
aduersus ponentes tales effectus à dæmonibus fieri.*



Necessariò es-  
se dæmones.

Os igitur tuæ petitio-  
ni secundū vires no-  
stras satisfacere cupi-  
entes, dicemus in pri-  
mis, nos tecum senti-  
re, uidelicet quod tuti-  
or responsio est data  
secundum leges, & maxime secundum  
Christianam: quanquā Peripatetici in  
aliquibus euadere uideantur. nō tamē  
in omnibus, veluti in subsequētibus of-  
fendemus: videt enim necessariū quod  
omnino dæmones habcamus ponere  
nō solū ex decreto ecclesię, verū etiā ut  
saluemus multa experimenta: Sed de  
hoc infra. Quoniam tamen petis quid  
de hoc Peripatetici sentiant, dicam tibi  
quid de

quid de hoc opinor: Et prīmō cur negēt  
hoc fieri à dēmonib⁹ posse. Et præter-  
missis vniuersalibus rationib⁹ quibus  
negantur dæmones (quoniam ill⁹ non  
sunt ad propositum) tres in presentiarū  
mihi videntur etiam præcipuæ, quas ex  
inuentione nostra formaui: Prima itaq;  
& præcipua est hæc: Si dæmones talia  
operantur, hoc quidem fieret intelligen-  
do & volendo, quoniam artifex intelli-  
git & vult effectum quem per se produ-  
cit: sed nullus videtur esse conueniens  
modus quo dæmon talia poslit intelli-  
gere & velle: quod sic probatur. Quoni-  
am si A dæmon (exempli gratia) inten-  
dit ab isto, ut pote Socrate, euellere sa-  
gittam infixam quæ ingenio medici nō  
potuit euelli, oportet ipsum dæmonem  
& intelligere Socratem & hāc sagittam  
& ea quæ requiruntur ad talem curam  
omnia, quæ sunt singularia, quoniam pri-  
mo metaphysic. Actus & operationes  
sunt ipsorum singularium. quomodo i-  
git dæmō talia singularia cognoscit: aut  
agit per species, aut per essentiā ipsius  
met dæmonis, aut alterius à dæmōe: pri-

Prima ratio  
pro negatibus  
dæmones dari.

Petrus Pomponatius

gnum non uidetur posse dari: quoniam  
quod sic intelligit per essentiam suam,  
*singularia* illud intelligens aut est causa rei intelle-  
quot modis in=ctæ, ueluti omnes ponunt de Deo, qui  
telligentur. omnium est causa, & omnia intelligit:  
imò Cōmentator 12. Metaph. cōment.  
si. hoc afferit de omnibus intelligentijs  
per comparationem ad suos effectus rei  
intellecte, ueluti penes illos qui tenent  
intelligētiā inferiorem per essentiam  
suam intelligere superiorem, quoniam  
effectus est superioris, ueluti author de  
causis & Albertus affirmant. Verū neu-  
trumuis dari potest in proposito: neq; e-  
nīm intelligentia quę est dæmon, est ef-  
fectus ipsorum inferiorū, ut de se notū  
est: neq; causa, & maxime secundum af-  
ferentes dæmones: quoniam tantum ap-  
plicant actiua passiuis, & non res ipsas  
creant. Si uero detur quod intelligat dæ-  
mon per essentiam distinctā ab ipso dæ-  
mone, nulla est uerisimilitudo, quod i-  
sta sint ipsamet res intellecte, ueluti etiā  
quidam finixerunt, ut pote quod dæmon  
intelligit Socratem per ipsammet essen-  
tiam Socratis. Verū istud penes meest  
in intel

in intelligibile, & est fictio supra omnes fictiones: quomodo enim res materialis potest esse intellectio & forma intellectus: quod si detur quod Socrates secundum esse immateriale est forma intellectus, uerum tale esse Socratis non est, nisi ut existit in immateriali producendo, utpote in Deo, uel in intelligentia mouente cœlum, uel ut repræsentatur per speciem intelligibilem, quorum nullum est esse reale Socratis. Præterea Socrates secundum esse suum immateriale, est uniuersale: uniuersale autem non magis repræsentat hunc quam illum: quare sic omnia repræsentarentur, & intelligerentur. Cum autem & præterita & præsentia & futura intelligent, sic & infinita intelligerent dæmones Amplius, quoniam non magis iste dæmon hec intelligeret quam quicunq; alter: quare aut omnes æqualiter effectū istum producerent, (quod non dicunt) aut nulla rationalis causa posset assignari quare magis iste quam alter. Et non minus ista uidentur sequi, si etiam dæmon talia intelligat per suam essentiam, ut satis no-

A s tum

tum est. Quare nullo modo uidetur quod dæmones ista singularia intelligent, siue per essentiam suam, siue per essentiam rerum singularium intellectarum, neq; per essentiam aliarum rerum distinctam ab ipsis dæmonibus: quandoquidem illæ aliæ res non habent eandem communicationem cum dæmonibus, ut possint esse eorum intellectiones: relinquitur igitur si dæmones intelligent talia singularia, quod per species intelligent, ut communis via uidetur asserere. Verum & istud non uidetur posse sustentari,

*Quod Dæmones nō intelligent singularia per species species congenitas, aut de novo acceptas: si per congenitas, aut igitur universales, ut pote quo per speciem hominis distincte omnia singularia cognoscerent, & sic de aīno & quibusunque alijs speciebus: aut secundum alterum & alterum individuum, alteram & alteram speciem haberet. horum primū non uidetur posse assignari, quoniam si per unam & eandem speciem ut pote hominis, omnia individua cognoscent, uel igitur simul omnes cognoscent,*

rent, & sic infinitum cognosceret distin-  
cte, quod non uidetur posse admitti: Sic  
enim d<sup>e</sup>mon infinites infinita cognos-  
ceret, cum sint ferè infinita secundum  
speciem, & secundum unamquāq<sup>b</sup> spe-  
ciē infinita individua, cū nō magis pre-  
sentia quam pr<sup>t</sup>erita & futura cogno-  
scat. Si uero per talem speciem uniuer-  
salem solum aliqua singularia cognos-  
cat, nō est reddere causam rationabilem  
cur cum species illa uniuersalis æquali-  
ter sit omnium representativa, magis re-  
præsentet unum quam alium: nisi for-  
tassis dicatur quod species illa tantum  
repræsentat singularia quae sunt: quod  
tamen rationabiliter non uidetur dici  
posse: primò quidem, quoniam cognitio  
d<sup>e</sup>monis de Socrate, non esset quid ab-  
solutum, sed quid respectuum, eademq<sup>b</sup>  
cognitio inciperet & desineret esse in  
d<sup>e</sup>mone, ueluti alicui incipit & desinit  
esse equalitas & similitudo & uniuersa-  
liter omnis relatio, que potest alicui eue-  
nire ex sola tamē relatione facta in alio.  
Vnde d<sup>e</sup>monē cognoscere Socratem,  
esset perinde ac si Socrates fieret æqua-  
lis

**I**lis Platoni, nulla mutatioue facta in Pla-  
tone, quod minimè dīcī potest: Nam æ-  
qualitas nullum absolutum dicit, neq; a  
liquid reali superaddit qnātitati: quod  
secus facit cognitio Socratis. Est enim

**Q**uomodo aliquid reale, & aliquid absolutum. O-  
noua intelle= portet enim si aliquod de nouo intelli-  
gio fiat in ali= gat ab aliquo, quod ei qui intelligit, ali-  
quo.

quid de nouo adueniat: posset tamē ali-  
quis de nouo aliquid intelligere, esse ue-  
rum in intelligente adueniente, sed hoc  
tantum in re extra: vt intelligente me  
prius te sedere, te non sedente: & postea  
te sedente idem intelligere, haberē tunc  
nouam intellectionem ueritatis, nulla  
re in me acquisita. Sed de intellectione  
minimē uerificari potest: Veritas enim  
primo est respectus intellectus, & non  
intellectio: ut satis notum est. Præterea,  
sic præterita & futura à dēmone non in-  
telligerentur, quod falsū est, neq; ab eis  
concessum, quandoquidem & secundū  
ipso& secundum ueritatem, præterita  
memorantur, & futura prædicunt: nisi  
quis etiam fingat dæmones habere dis-  
cursum. Quare relinquitur quod dēmō  
per spe-

per speciem vniuersalem singularia nō cognoscat. Si igitur ponatur quod secū dū vnumquodq; singulare quod à dæmonē intelligitur, propria habeatur species: aut igitur omnium singulariū species cōgenitas habet, aut solum aliquorum. Si primum, certè multa uidentur sequi incōmoda. Prīmò quidē sic acta infinita distincṭe ab uno quoq; dæmonē intelligerētur, vt de se notū est, quod non videtur possibile. Amplius in eodem subiecto essent infinita eiusdē species specialissimæ & absolutæ. Præterea ferè nullus antiquorū posuit quod species singularis materialis sit in nostro intellectu, quando minus in ipsis intelligentijs: Consimiliter dicatur si detur quod solum aliquorū singularium dæmon species habeat, nā tunc species singularis solum representata esset in intellectu immaterialiū: & non videtur rationabilis causa quare aliquorum sic, & aliquorum non. Et esto quod species Ciceronis non fuisset sibi cognita, non posset intelligere Ciceronem: & ita non procurari posset sanitas per præcantationem,

onem, quod non videt uerisimile: quādoquidem isti præcantatores omnibus

*An dæmon per promittant sanitatem. Superest igitur species de no-* si dæmō singularia cognoscat, quod co-  
*uo acceptas co gnoscat per species nō congenitas, sed gnoscat.*

de novo receptas. Vel igitur istæ speci-  
 es generantur in intellectu dæmonum  
 ab ipsis dæmonibus, aut ab alijs. nō est  
 fingere quod ab ipsis: quoniam nullus  
 videtur modus sic rationabilis generan-  
 di species, quoniam generarentur aut  
 per cognitionem præcedētem, aut sine  
 cognitione: non primum, quoniam nō  
 est fingere quæ sit illa præcedens cogni-  
 tio, quæ talē speciem generet, tū quo-  
 niam neq; vniuersalis cognitio, quoniam  
 vniuersale non magis respicit vnum sin-  
 gulare quam alterum. quare aut omnia  
 singularia generares, aut nullum singu-  
 lare, que dici non possunt in proposito:  
 neque cum singulariter cognitis, quo-  
 niam eadem caderet questio, videlicet,  
 quomodo deuenisset in cognitionē ta-  
 lis singularis: tum quoniam talis cogni-  
 tio vel esset abstractiua, vel discursiua,  
 quorum nullum videtur esse dicendum  
 in omni-

in omnino abstractis à materia: tū quæ esset illa cognitio, quæ determinatè generaret, vt pote cognitionem Socratis: non enim omnis cognitio indifferenter uidetur generare talem cognitionem. Et certè nisi fingēdo dari potest quæ sic illa. Relinquitur igit̄, quod sine cognitione præcedente: & sic naturaliter generaretur. Et tunc circumstant difficultates, quas non leue esset soluere: vt puta, Quare magis nunc quā prius, et quare magis istius quām illius: & quare magis in isto dæmone quām in illo: essent etiā vniuersaliores difficultates, vt quo modo intelligētia de nouo accipiat, cū videatur per authorem libri de causis, esse plena formis: quomodo etiam possit agere in seipsam: quæ quoniam vniuersalia sunt, relinquamur, ne proprios terminos videantur transcendere. Supereft igitur, si tales species de nouo recipiant, quod ab alijs recipiant: quæ ista igitur sunt: aut igitur ipsa fuerunt materialia quæ de nouo intelliguntur, ut multi dixerunt: aut aliqua immaterialia. Si detur secundum, est valde difficile intel  
ligere

ligere quid sit illud, & quomodo fiat illud. nam aut omnia immaterialia faciūt talem actionem, aut nō omnia: & quo- uis dato, stant vndeique angustiæ: nam si omnia, superuacanea esse videtur actio quandoquidem unum sufficeret. Amplius aut omnia immaterialia eandem speciem inducerent, aut vnumquodcū propriam. Si prima, omnes præter vnā superfluæ erunt: & quæ est illa quæ superesset, cum omnes sint e quales? Si ue rò omnes substantiæ immateriales con currerent ad causandam speciem, sicut multi nauim trahentes, tunc nullus illo rum de per se esset potēs, quod videtur ridiculum: quandoquidem una albedo potest causare speciem albedinis, quan do igitur magis in immaterialibus etiā modus ille producendi esset valde du bius? quoniam causa immaterialis de terminatum non producit effectū nisi limitetur: & quero de limitatione, & nō videtur fingibile quid sit illud. Quòd si quis propter hęc dicat alteram partem, videlicet quod ab ipsis materialibus producantur, vt pote quod Socrates in

demo-

dæmone producat speciem Socratis, ve-  
luti hæc albedo in oculū producit speci-  
em sui, & sic de reliquis, quod multi di-  
xerūt, adhuc nō uidetur satisfacere. Pri-  
mò, quoniam sensibilia non agūt intel-  
lectum nostrum nisi prius agant in sen-  
sus, imò nec prius in media, vt secūdo  
de anima dicitur, & ab Auerroë ibi as-  
signatur ratio: & in lib. de memoria & re-  
miniscientia. quanta igitur ipsa materia-  
lia minus agere poterunt in intellectus  
penitus abstractos? oporteret etiam in  
abstractis ponere intellectum agentem  
& passibilem, & quod denouo ipsa in-  
telligentia immutaretur. Amplius an  
omnia sensibilia agerent in dæmones,  
an aliqua sic & aliqua non: quod si q̄s,  
quam vtrunc̄ vel alterum det tantum,  
absurda uidentur sequi. Si enim omnia  
agunt æqualiter, infinitæ ferè generabū  
tur & corrūpentur in intellectu dæmo-  
num, cum semper fiat generatio & cor-  
ruption: si verò aliqua determinatio: pre-  
terea quomodo dæmones audiunt no-  
stra verba, vident nostras imagines, sen-  
tiūt nostra signa: certe non leue est mo-

*Quomodo sen-  
sibilia in intel-  
lectum agant.*

B dum

dum assignare. Ad hæc, cur magis iste dæmon quam ille? cum sit innumerabilis illa multitudo? neq; est fingere quod omnes hoc faciant veluti supra dictum est. quare cōcludentes primā rationem, dicamus, quia si dæmones talia operari non possunt nisi uolentes, & non uolūt nisi intelligent: non possunt autem intelligere nisi secundum aliquem modo rum assignatorum, nullus autem illorum modorum videtur possibilis in dæmonibus, igitur dæmones talia operari nō possunt, quod erat prima ratio. Secunda

*ratio.*

ad idem est, quoniam secundum asserentes talia fieri à dæmonibus, dæmones ipsi, exempli gratia, sanitatem non inducunt immediate alterando, sed applicando actiua passiuis, ut etiam uideatur esse sententia Augustini 3. de Trinitate, & in plerisq; alijs locis: Ex acumen intellectus & ex longa experientia multa nouerunt, quæ humanus animus tum ex hebetudine intellectus cognoscere non potest, tum ex paucitate experientiæ, cum parum uiuat. Et preter hæc materialia obedunt dæmonibus secundum

*vnde noscant  
tanta dæmones*

dum motum localem, tantum quantum diuina uirtus permittit: quare cognoscentes demones huiusmodi medicamina, asportant ea, & applicant ipsis infirmitatibus unde potest sequi sanitas. Verum ista uidentur incredibilia, primo quidem, quoniam ista medicamina sunt corpora, sunt enim uel herbæ, uel succus, vel lapides, uel aliquid huiusmodi, que sunt uisibilia, & ut in pluribus odorabilia: mirum autem uideatur quod non uideantur, & sensu olfactus non percipiuntur, immo, ex quo tanguntur vulnera, non sentiantur sensu tactus: si enim musca carnibus nostris adhaereat, illico sentimus. Amplius quomodo illa medicamenta sunt tam presto ipsis demonibus, ut quasi subito transferantur ab ultimo oriente in ultimum occidentem, uel econtra: uel igitur dæmones secundum ferunt pyxides aut peras aut sacculos plenos emplastris et succis, ueluti chirurgi & pharmacopolæ: quod si sic est, mirum est quod ab omnibus non uideantur, nisi dicantur demones etiam sensus nostros fascinare. Tertio, quoniam per causas natu-

Vt noscas uanum esse relinque sensum propter rationem, uide etiam epist. 38. Io Langij.

rales nos possumus huiusmodi experimen-  
ta saluare, nec est aliqua ratio co-  
gens hęc per dęmones operari: Ergo in  
uanum dęmones ponuntur: ridiculum  
enim & omnino fatuum est relinquere  
manifesta, & que naturali ratione pro-  
bari possunt, & querere immanifesta  
quae nulla uerisimilitudine persuaderi  
possunt, hoc autem in subsequentibus  
ostendetur, cum ad has rationes in sub-  
sequentibus respondebimus.

*Caput secundum, in quo quædam ponuntur due  
bitationes circa opinionem  
Auicennæ.*

**S**cri secundum opinionem Auicennę,  
sed hanc esse damnatam ab omnibus.  
Ego quidem existimo hęc opinionem  
esse falsam, & præcipue quoniā ortho-  
doxa ecclesia eam damnat. Verūm, nos  
subiiciendo dictis Peripateticorum, cre-  
do efficaci ratione eam conuinci non  
posse, neq; persensata posse impugnari,  
& fortassis (quod pertinaciter non affir-  
mo)

mo) non repugnat sententię Aristote-  
lis opinio Auicenne.

Caput tertium, in quo quedam supponus  
tur pro via Peripateti-  
corum.

**S**ed quoniam non petis à me quid  
leges dicant, uel quid senserit Auicē-  
na, sed quid uerisimiliter existimem de  
hoc Aristotelem sensisse: ideo cupiens  
tibi in hoc morem gerere, priusquā ad  
formalem rationem uel dubiorum solu-  
tionem deueniamus, primo secundum  
Peripateticos uolo supponere quedam  
ex quibus postea satis apertè poterunt *prima supposi-*  
*singillatim responsiones patere ad vnu* tio, quot modis  
*quodq; dubiorum. Supponamus itaq;* medicamina  
*primo, herbas, lapides, mineras, extra-* corpus alteret.  
*cta à diuersis animalibus, & vniuersali-*  
*ter omnia quæ concurrūt ad artē medi-*  
*cam, imò ad omnes ferè operationes hu-*  
*manas, corpora alterare, aut immediatè*  
*per qualitates manifestas manifestè al-*  
*terando corpora in qua agunt, aut me-*  
*diatē alterare, quoniam conuertuntur*

B , in uapo-

in uaporem, quæ sic conuersa postea alterant corpora, aut aliquando alterare per occultam alterationem & inuisibilem. Exemplum primi, sicut ignis calefacit, aqua frigefacit & consimiliter faciunt multa composita ex elementis, siue sint simplices medicinæ siue compositæ secundum modum loquendi medicorum. Exemplum secundi, sicut rhabarbarum non purgat choleram nisi actuatum fuerit per calorem naturalem, & in uapores conuersum fuerit. Exemplum tertij, sicut magnes attrahit ferrum neq; per qualitatem unā de primis, neq; per unam de secundis, neq; quoniam magnes uertatur in uaporem, sed per qualitatem insensibilem que ignoratur, sicut docet quotidiana experientia: & consimiliter apparet ferè in infinitis: hæc suppositio non indiget probatione, quoniam ab omnibus uniuersaliter conceditur. Supponitur secundò, non unū tantum genus esse eorum quæ operantur secundum tertium modum, imo ferè infinita. Nam Magnes attrahit ferrum: Adamas resistit eius operationi: Saphirus fugat

*Secunda sup-  
positio, que et  
quot agant à  
proprietate oc-  
cludita.*

fugat anthraces, oculos fouet: & sunt fere infinitæ virtutes occultæ, de quibus Albertus in secundo mineralium tractatu. cap. primo, II. 17. & alibi multa & mirabilia dicit: multaque alia sunt cōnumerata à Marsilio Ficino capite primo, libri quarti Theologiæ Platonis. Et qui vult hæc accumulatim exquirere, uideat Pliniū & doctores scribētes de Sim-  
 plici medicina. Supponit tertio, quod aliquando aliqui habētes cognitionem istorum sic operantium secundum tertii  
 um modum, inducūt aliquos effectus,  
 quos vulgares uidentes & nescientes  
 reducere in causam, (quoniā insensibili-  
 ter operetur huiusmodi causa) credūt  
 talia fieri aut à Deo, ut ab Angelis, aut à  
 dæmonibus, & existimant homines ipsos talia operātes habere familiaritatem  
 cum angelis uel cū dæmonibus, & mul-  
 totiens habere locutionem cum eis, qui  
 tales homines de rebus multis instruāt  
 ipsisque multa prædicat. Vnde si quis ui-  
 deret Echeneidem de genere piscium se  
 mipedalis lōgitudinis, detinere nauim  
 ducentorum & amplius pedum cū suis

armamentis, nōne existimaret hoc fieri  
vī dæmonum, aut diuina uirtute? quis si  
eundem piscem, eandem nauim detine-  
re uideret undicq; uentis & remis impul-  
sam, non negaret hoc uī naturali mini-  
mè fieri posse? Quis, si lanceam à pisce  
**Torpedo.** Torpedine tactam digito attingeret ac  
in stuporem incideret, hoc ex natura pis-  
cis factum existimaret? cum ibi non ap-  
pareat modus talis effectus? & tamen  
hæc uerissima sunt & experta, ut 24. li-  
bro de animalibus refert Albertus ex  
sententia Plinij & aliorum grauiissimo-  
rum authorum. Reperiuntur etiam her-  
bæ & lapides pluuias & grandines pro-  
uocantes, & aliæ apposite eas repellen-  
tes, ut ijdem grauiissimi authores testan-  
tur. Quare ignauū & prophanum uul-  
gus & rudes homines quod non norūt  
fieri per causas manifestas & apparen-  
tes, in Deum uel in dæmones referunt:  
ne hoc contingit solummodo fieri cir-  
ca tales operationes, uerū m & circa a-  
ctus prudentiæ & sapientiæ, ipsarumq;  
artium. Doctissimus enim uir & sanctissi-  
**Vulgus cæcum**  
**in iudicando.**  
mus Boëtius (ut de seipso refert primo  
de Con-

de Cōsolatione) ob admirabilem eius  
scientiam hac nota non caruit: Existima-  
tum enim est ipsum habere cōmertium  
cum spiritibus immūdis. Galenus quo-  
que medicorum princeps, <sup>Galeni præsa-</sup>  
<sup>gi. i.</sup> cum multa ex scientia medicinæ, quæ antè ægredo  
contigissent dicere sciret, & futura præ-  
dicere, creditus est hoc ex arte dæmonū  
facere, quemadmodum de seipso refert:  
& sic de infinitis fermè alijs contingit.

Quartò supponitur, quod sicut in her- <sup>Quarta suppo-</sup>  
bis, lapidibus, & animalibus inueniuntur tales & tantæ diuersæ uirtutes: ita in na-  
tura specie humana non repugnat repe- <sup>satio, in huma-</sup>  
rī consimiles uirtutes, sit quod aliqui  
participent de natura unius herbæ, ali-  
qui uero alterius: & sic dicatur de cæte-  
ris. Suppositio sic persuadetur, nam cō-  
muni omnium consensu homo est me-  
dius inter æterna, & generabilia & cor- <sup>Homo quid su-</sup>  
ruptibilia: & non tantum ponitur medi-  
um per horum exclusionem, uerum &  
participationem. Quare participare po-  
terit de omnibus extremis: et sic aliquis  
homo assimilatur uni extremorum, ali-  
quis alteri. hoc idem experimento ma-

*Virtutum & uirtutum seminaria sunt in homine.* nifestatur: nam secundo Ethicorum, & in septimo eiusdem, quāquam uirtutes & uitia non sunt nobis profecta à natura, sunt tamen in nobis horū seminaria. Vnde aliqua homines naturaliter inclinantur ad unam uirtutem uel uitium aliquod, aliqui uero ad opposita siue ad alias. Quare iussit Plato & approbat Aristoteles, ut pueri artes & scientias discant ad quas sunt inclinati, aliter aut nū quam proficiēt, aut parū. hinc est quod aliquos uidemus ut Deos, aliquos ut bestias, aliquos uero homines tāquam *Hominum magna uarietas in uirtutē heroicam attribuit hominibus moribus.* qui multum de diuino participant: bestialitatem hominibus qui multum bestijs appropinquant. Et quotidiana experientia docet hoc: namq; aliqui homines dicuntur Iouiales, aliqui Saturnini, aliqui Mercuriales, & sic de cæteris, secundum quod in proprietatibus conueniunt cum illis. aliqui sicut leones, aliqui ut uulpes, aliqui ut lupi. Quare Albertus in primo suo de animalibus ex sententia approbatorum physionomo rum

rum & philosophorum dicit, quod homines in membris assimilantibus animalibus gerunt naturam illius animalis. *Homo cur parvus mundus diciatur.*  
unde homo dictus est parvus mundus, quoniam tota natura tam superorum quam inferorum, in natura humana est comprehensa: quamuis & ob alias causas sic nuncupetur. Suppositio itaque est consonans rationi & experimento. *Quinta suppositio, anima* supponitur ex tertio de anima, quod anima sensitiva cum recipiat species omnium sensibiliū, quo modo est omnia sensitibilia: & intellectua omnia intelligibilia. Quare cum omne quod est, aut sit sensibile aut intelligibile, humana anima cum utruncque comprehendat, sensum uidelicet & intellectum, ipsa erit omnia: Est enim sensus in actu, sensible in actu: & intellectus in actu, intelligibile in actu, totum patet ex tertio de anima. Supponitur sexto, quod quantumcumque sensus in actu, sit sensibile in actu, & ut sic solum secundum esse spirituale & non reale: (Vnde secundo de anima, oculus uidens colorem dicitur coloratus spiritualiter, & non realiter: & desiderans

derans dicitur ipsum desideratū: & in-  
telligens ipsum intellectū, eodem mo-  
do scilicet secundum esse spirituale) ni-  
hil tamē prohibet, imò est necessarium,  
quod ipsa species spiritualis realiter pro-  
ducat rem cuius est species, si agens fue-  
rit potens, & passum benè dispositum.  
Suppositio manifestatur & auctoritati-  
bus & experimentis, ratione quoq; per-  
suadetur: authoritate quidē, quoniam  
Aristoteles in libro de motibus anima-  
lium secundum communem numerati-  
onem commento s. sic ad literam dicit:  
Alterant autem phantasie & sensus me-  
ditatiōes. id est, sensus enim statim sunt  
alterationes quædam existentes: phan-  
tasia autem & intelligentia habent re-  
rum uirtutem: aliquo enim modo speci-  
es intellecta calidi & frigidi, aut delecta-  
bilis aut tristabilis, talis existit qualis  
quidem & rerum unaquæc̄. Propter  
quod tremunt & timent intelligentes  
solum: hæc autem omnia passiones &  
alterationes sunt: alteratis autem in cor-  
pora hæc quidē maiora, hæc autem mi-  
nora sunt: quod autem modica permu-  
tatio

tatio facta in principio, multas & magnas faciat differentias, deinceps non im manifestum est, uelut gubernaculo secundum aliquid modicum transposito, magna pro re fit transpositio. Adhuc autem secundum caliditatem aut frigiditatem, aut secundum aliquam talem passionem cum fiat alteratio extra cor, et in hoc secundum magnitudinem in sensibili parte, multam facit corporis differentiam in ruboribus & palloribus & tremoribus & horum contrarijs. Principium igitur ( quemadmodum dictum est) motus, quod in operabilibus persequibile et fugibile: ex necessitate autem consequi meditationi & phantasiae ipsorum caliditas & frigiditas. Tristabile enim fugibile, delectabile autem persequibile, sed latet circa modica. hactenus haec. Sunt autem tristabilia & delectabilia omnia ferè cum frigiditate aliqua & cù caliditate: hoc autem palam ex passiobus: Audaciæ enim & timores & ad Venerea motus & alia corporalia tristabilia & delectabilia, haec quidem secundum partem cum caliditate & frigiditate sunt,

ardores uel vindictæ cupiditas ciet in corde, uel libido uoluptatis in iecore: immo & in pulsū ex eius mutatione cognouit medicus Erasistratus Atiochum esse amore Stratonicæ captum. Rursus cupido nocendi, frequenti intuitu quā pernitosè pueros aliosq; molliores fas cinat: Quām manifeste prægnantis mulieris auditas, tenerū fœtum inficit rei cogitatæ nota: Quām uarios filijs suis geltus figurasq; parentes, & quantum dissimiles sibi imprimūt, propter uehem entem rerum diuersarum imaginacionem, qua dum coēunt, casu aliquo afficiuntur: quo fit, ut dissimiliores sint admodū inter se homines figura gestuq;, & quām quævis inter se in quauis specie bruta. Quām sēpe malefica uolūtas extationibus suis & ueneficijs vulgo fertur nocuisse hominibus & plantis ac brutiss; adde quod gulones nonnulli, epulas quasdam audius cogitantes, saliuam suam simili quodam sapore insciunt. Pueri quoq; & grauidæ mulieres propter nimiam uetiti cibi potus ueuditatem, liquefcunt, desiliunt, dilabūtur.

Fascinatio.

Prægnantis a=  
uiditas.

Extationis uis.

Gulonum ap=  
petitus.

tur. hæc & similia efficit appetitus. Lætitia quoq; uehemens (non minora hæc) perimere subito potest corpus, & sæpe morbo leuare. Nōne Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrannus obiēre repente vterq; accepto tragicæ uictoriæ nūcio: mater uero uiso filio à pugna redeunte, subito expirauit. quid ergo dolor pos- sit, nullus ignorat. molesti cum etiam te tripectaculi cuiusdam gustus, inficit & prouocat nauseam solo aspectu. Pueri nonnunquam & grandiores cum amaram potionem offerri uident alicui, statim sentiūt amarā in ore saliuam, quam vchemens mouit imaginatio: ijs non- nūquām tali quadam cogitatione al- uus quoque laxatur, & quod mirabile est, nonnullis stupescunt dentes ex aspe ctu aliquo & auditu. Quid misericor- dia, quæ dolor quidam est? nōne mise- rantis corpus ita nonnunquam male af ficit, vt corpus alterius uidet affectum: quod declarant hi qui sanguinis huma ni aspectu statim spiritu deficiēte labū- tur. & hi quibus dolent cubitus, cum ui dent aut audiunt alterius cubitum uul-

C

neratum.

*Metus* neratum. Quid metus: an non s<sup>e</sup>pe ex  
fenestris altis in terram despiciētes, præ  
formidine caligamus & contremisci-  
mus: p<sup>ro</sup> allemus cum repente timemus:  
sicut & uerecundi rubent: timore subi-  
tō cor trepidat, arrectæ stant comæ, uox  
faucibus hæret, deficitq<sup>ue</sup> uita, uel morbi  
diutini sequuntur. nonnunquam mor-  
bos curat metus, ut singultum & quar-  
*Metus cum d= tanam febrem.* Quando autem metus  
uiditate exem= uehementissimus cum uehemētissima  
plum. auiditate concurrit, nonnunquam effe-  
ctus mirabilis prouenit. Hinc, ut est a-  
pud Herodotum, cum Crœsum regem  
quidam ex Persis interficere uellet, fili-  
us Crœsi antea mutus, propter ingentē  
tum mortis paternæ timorem, tum cla-  
mādi cupiditatē, subitō soluit linguā,  
ac magna voce clamauit, ô uir ne inter-  
ficias Crœsum: inde uocalis factus est.  
Quamobrem affectus illi quatuor cor-  
pori dominantur penitus, cum illud vn-  
dique mutent. Sunt autem hi motus ip-  
sius animi. nam quantum animus bonū  
quodpiam indicat aut malum, tantum  
cupit, gaudet, timeret, & dolet. Vnde se-  
quitur

quitur corporis naturam animæ motibus penitus subiici. hinc fit, ut vultus humanus tū inclinati animi perspicua signa, tum effectuum singulorum indicia certissimè præ se ferat. illa quidē soli physiognomi, hæc etiam uulgares intelligunt. Quis non facile cognoscat patientem, timentem, iratum, & gaudenterum animum, & mœrenterum possem & multa alia huic proposito deseruentia adducere, sed hæc satis esse putaui. Non minus & ratione hoc persuadetur: species nanque siue idæ in Deo, in intelligentijs, & in anima inferiori inueniuntur, estq; de Dñs nomen dictum analogice: unde & prius dicitur de ea quæ in intelligentijs, & postremò de inferioribus. *Idea diuina* ¶

Quare, idæ diuinæ imago est causa ideati, etiam sine aliquo instrumento. Deus enim produxit hunc mundum uisibilem per ideam mundi quæ est in mente diuina, & sine aliquo instrumento, quādoquidē ipse est causa omnium, ut dicit Boëtius in 3. de Consolatione. Idea autem rerum fientarum quæ est in intelligentijs, produxit hæc inferiora mediæ-

*Corporis natura animæ motus sequitur.*

tibus instrumentis æternis, quæ sunt corpora cœlestia, ut dicit Commentator 2. de Generatione, commento 51. & 26.

*Idea in mente non stra, quid posse.* duodecimi metaphysices : Quaren nihil inconuenit si idea quæ est in mente nostra quæ est species, producat aliquando suam ideam secundum esse reale me-

diatibus instrumentis corruptilibus, quæ sunt spiritus & sanguis, ubi passum fuerit dispositum. quapropter patet suppositio sexta . Supponitur septimo

*Septima suppositio.* quod quamvis per species in anima, & passiones (ueluti dictum est) ad intra, & in corporibus in quibus reperiuntur, finitam mirabiles effectus : nihil tamen prohibet quin & ad extra & in corpora aliena, aliquando consimiles operentur effectus : suppositio patet, quoniam stat passum similiter esse dispositum ad extra, sicut ad intra: immo & aliquando magis ad extra, & agens habere sufficiens dominum: ergo consimiles actiones possunt prouenire ad extra: totum enim patet. Nam sicut Socrates est dispositus pro uno affectu, ita & Plato potest esse dispositus . & cum à corpore existente

*Fascinationis uis et causa.*

audia

in pas-

**i**n passione, quasi semper procedit evaporation ad extra taliter infecta uel affesta sicut intra: consimiles igitur producetur effectus in Platone ad extra, sicut in Socrate ad intra. hoc etiam patet de veteris fascinantibus: de homine uehementer excandescente: de sputo & anhelitu hominis ieuni: de serpentum sibilo: et sic de infinitis. imò ratione diuer sitatis passi, puer fascinatur, & nō uetula: quoniam puer est naturæ teneræ. Et infectus peste alium inficiens aliquando uiuit, imò est sanus, & qui ab eo inficitur, moritur: quoniam ille potest resistere, hic uero minimè: & sic dealijs. quare si hoc in noxio fieri potest, etiam poterit fieri in iuuatiuo. Ut namque refert Plutarchus in uita Alexandri Magni, homines letabantur & confortabantur in eius approximatione, quoniam carnes eius redolebant. & amplexus adolescētium boni anhelitus est medicina temperata, secundum medicos. Octauo supponitur ex sententia Augustini 3. de Trinitate, & ex multis alijs eius locis, quod ferè ab omnibus modernis Theo

Boni o-  
doris uis.

Octa-  
ua suppo-  
sitio.

logis acceptum est, dæmones immédia  
tè mouere corpora motu locali, sed non  
immediate alterare. uerùm cum concur  
rit alteratio: hoc fit per corpora natura  
lia, q̄ passo clām uel apertē fuerunt ap  
plicata ab ipsis dæmonibus. Suppositio  
patet ex communi cōsensu nostrorum  
Theologorum: & hæc sint supposita.

*Caput quartum, in quo ex suppositis secundum Pe  
ripateticos, respondetur ad dubia proposita.*

**H**is itaque suppositis & taliter dispo  
sitis, nunc modo respondeamus  
ad dubia proposita secundū principia  
Peripateticorum. Et primò ad tria pri  
ma, scilicet ad illa de pueris illis, quorū  
unus patiebatur combustionem ignis,  
alter uero erysipelata, & ad illud in quo  
ponitur de ferro infixo & euulso: Et di  
cemus ad hæc tria simul, primò quod si  
ne auxilio dæmonum & angelorum, ni  
si dicamus angelos esse intelligentias,  
quæ tāquam causæ coelestes concurrūt  
ad omnem effectū in hoc inferiori mun  
do: Verū loquimur de angelis ut leges  
ponunt:

ponūt: Dico quod sine aliquo istorum auxilio, per causas merē naturales possumus saluare hos casus, & quod incredibilis est, non contradicendo orthodoxæ ecclesiæ: quomodo autem hoc possit fieri, tribus modis ostendo . Primus modus est iste , quoniam sanitates istæ in tribus prioribus casibus uel saltem in primis duobus fuerunt inductæ per alterationem. nam duo primi erant morbi complexionales præcipue, quamvis fortasse coniuncti fuerint compositiōnali morbo propter aliquam solutionē continui: uerum præcipue ambo peccabant in complexione: quare ex tertio artis paruæ habebant curari per contraria scilicet per infrigidationem, quam manifestum est esse alterationē: sed per ultimam suppositionem dæmones hoc facere non poterunt, nisi applicando actiua passiuis quæ naturaliter operantur. Cum itaq; nō repugnet aliquem hominem cognoscere ex scientia naturaliter habita per studium illa quæ applicātur per dæmones, & modum app'icandi quandoquidem hæc naturalia iunt, &

naturaliter operatur: possibile est igitur hominem consimilia operari sicut dæmonem & angelum absq; penitus aliquo eorum auxilio: ergo conclusio uera quæ fuit intenta. Vnde profectò non video si hoc conceditur fieri à dæmonibus secundum modum ab eis assignatum, quin & hoc fieri possit per humanum ingenium. Verū huic fortasse dicetur quod si hæc fierent humano ingenio, & secundum istum modum, tunc uideremus applicationes medicaminū, & apponere manus parti ægræ: & æger sentire alterationem. Non enim uidetur uerisimile sanitatem illam fuisse inductam ex frigiditate, & quod æger nō senserit ipsum frigefieri: Similiter autē

*Obiectio.*

non est in opere dæmonum: Verū illud nihil est, quoniam quæstio stat si fiant talia à dæmonibus, quoniam illa medicamina sunt corpora sensibilia, quomodo igitur latent ægrum & assidentes: forte dicetur quod dæmon fascinat & præstiget sensus ægri & assistentiū: Sed hoc non uidetur penitus soluere, quoniam ista fascinatio & illusio scu præstigia tio fit

tio fit alterando sensus: sed omnis alteratio facta immediate à creatura, fit à corpore, & naturaliter: contingit autem illud sic fascinans esse notū homini. quare & homo poterit taliter operari sicut & dæmon operatur: & sic rursum stat conclusio, ut patet. de illo autem quod dicitur, an æger dum sic sanatur sentiat in se aliquam alterationem, ego nescio. Verum hoc scio, quod si quod adducitur uersus sanitatem, sic inductam arte dæmonis, sentiri debeat: utrobiq; enim est operatio naturalis, sed solum differunt ratione applicantium, quæ per se non faciunt differre. Ex isto modo sequitur quod aliqui multa sunt operati secundum naturalem & astronomicam scientiam, & tamen uel ex sanctitate crediti sunt ista operari, uel ex necromantia: cù tamē neq; sancti neq; necromatīci sint. Sequitur etiā, si uerum est quod à multis approbatis uiris dicitur, scilicet aliquas esse herbas uel lapides uel aliqua huiusmodi repellentia grandines, pluvias, uentos: & etiam naturaliter reperi. ri aliqua alia apta inducere eadem: cum

*Corollaria.*

C 5 homi-

homines naturaliter scire talia possunt,  
sic applicando actiua passiuis, poterunt  
inducere grandines, pluuias, & eas re-  
pellere: nec apud me hoc est impossibi-  
le. Si enim piscis digitalis quantitatis na-  
tum onustam ducentorum pedum & am-  
plius, undique uentis ac remis impul-  
sam, retinere potest: & piscis torpedo  
ad tantam distantiam stupefacere insen-  
sibiliter: Regulus siue Basiliscus potest  
tantam aëris quantitatem inficere: &  
multa talia genera serpentum incredibi-  
lia facere, de quibus Philosophi & Me-  
dici multa dicunt. Vitulus marinus &  
Laurus arbor fulmina propellunt, & sic  
de infinitis alijs: non est incredibile ali-  
qua reperiiri quæ gradinē & pluuiā pro-  
mouent: & aliqua quæ repellant. mihi  
uidetur quod si dæmones faciunt hoc  
applicando actiua passiuis, et talia natu-  
raliter ab hominibus cognosci possunt.

*Falso crediti* Ex quibus ulterius sequitur, quod for-  
magi uel ne-  
~~tas~~ taliis multi habiti sunt Magi & Necro-  
romantes. mantici ut Petrus Aponensis, Ciclus  
Esculanus, qui tamen nullum commer-  
tium habuerint cum spiritibus immun-  
dis,

dis, imò fortassis cum Aristotele crediderunt dæmones non esse. Et aliqui existimati sunt à uulgaribus sancti & crediti habere cōmertium cum angelis propter opera quæ videbantur, cum tamē fortassis fuerint uiri scelerati. Quod si dicat horū aliquos facere signa bona, aliquos signa mala, ut potे aliquos signa crucis, & orationes sanctorū dicere: alios uero oppositum: credo hæc facta fuisse ad deceptionem hominum. Viros autem doctos & bonos malū non propalasse existimo, ne scientia uilescat & prophaneatur. Sic itaq; iste est primus *Secunda modus. Secundo modo hoc contingere posset, quoniam quemadmodum dictum est in suppositionibus, sicuti contingit aliquā esse herbam, uel lapidem, uel animal, aut aliquid aliud, quod proprietatem sanandi aliquam ægritudinē habeat, ut potе secundum Aristotelem capite de Natura animaliū, Diptamus euellit sagittas infixas: ita contingit aliquem hominem ex proprietate individuali habere talem uirtutem: quare uel insensibiliter alterando passum, uel per uaporem*

Ex proprietate hominis sanandi virtute præditos reperi-ri posse. uaporem transmissum ad ægrotantem partem, consimilem effectum uelut dip-tamus inducit. Et possibile est apud me quod homo habeat talem dispositionem qualem diximus, sicut habet Rhabarbarum uirtutem expurgandi colerā: Rhabarbarum tamen non expurgat colerā nisi fuerit actuatum per calorem naturalem, & in uaporem fuerit conuersum. Sic contingit tales esse homines qui habent huiusmodi uires in potentia, et per uim imaginatiuam & desideratiuam cum actu operantur, talis uirtus exit ad actum, & afficit sanguinem & spiritum, quæ per euaporationem petunt ad extra, & producunt tales effectus. Quod autem dictum est de isto modo, ratione & experimen-to probatur: ratione quidem, per illud quod est in suppositionibus: quoniam cum homo sit omnia per participationem tam superiorum quam inferiorum, non inconuenit aliquem reperiri similem in animali habentem talem proprietatem: alterum uero tali herbae habenti aliam: aliam alteri lapidi in alia proprietate hoc enim appetet manifestum in mori-

moribus animalium. aliqui enim sicut  
Dij, ut heroës & sancti viri: aliqui ut  
leones, ut lupi, ut serpentes, & sic de cæ-  
teris. Quare nihil uerat etiam in propri-  
etatibus assimilari. Hoc etiā sic persua-  
detur, quoniam isti præcantatores non  
conueniunt uel sanant in unaquacq; æ-  
gritudine. nam aliqui dicuntur profice= Non unum  
re in quartana, qui non proficiunt in co cmnes mor  
lerica siue tertiana: aliqui pro capite· ali bos curare.  
qui pro crure, & sic de reliquis. Hoc au-  
tem uerisimilitudinem facit quod sit se-  
cundum modum dictum. Sicut alia her-  
ba conuenit uni ægritudini, & alia alte-  
ri. Amplius, quoniam si aliquis diceret  
illa uerba & faceret consimiles charac-  
tes, uideremus ipsos nihil proficere:  
quod non uidetur ex alio esse, nisi quo-  
niam non est taliter dispositus sicut ille  
præcantator. uidemus etiam quod si if-  
ta fiaā ex uirtute dæmonum, uerisimili-  
ter ualere ad omnes uel ad quampluri-  
mas ægritudines, quod non consonat  
experimentis. Nō minus & modus iste  
potest persuaderi per experimenta rela-  
ta ab authoribus approbatis. Albertus  
enim

*Pueri duo mira uirtute nati.* enim cap. 3. libri sui de motibus animalium dicit, duos in Germania natos esse pueros, quorum unus dum ferreretur iuxta hostia, omnia hostia uersus suum latus aperiebantur quantumcumque clausa fuissent: & hanc uirtutem quam habuit ille in sinistro, habuit frater eius in dextro. Et dicit hoc multos uidisse, & hoc non posse referri nisi in proprietate occultam, quam ambo consecuti sunt a cœlo. Auicenna autem capite ultimο⁹.

*Denasciæ terræ hominum.* de Animalibus dicit, in terra Denasciæ esse homines qui suū corpus præligant quando uolunt, ut pungitiua non pungant suum corpus, nisi tales homines stimulent talia pungitiua. Et cum ipsa pungitiua tales homines pungunt, statim ipsa pungitiua moriuntur. Et quod quidam serpens magnus momordit unū ex illis hominibus, & statim serpens mortuus est. & tamen induxit effemem ram in illo homine. Auicenna autē hæc mirabilia intelligens, accessit ad locum illum, et inuenit illum tunc defunctum: sed uidit eius filium qui cōsimilia & mirabilia fecit. Augustinus quoque in 24. capite

pite 14. de Ciuitate Dei, refert esse homines qui cum uolunt, mouēt aures suas.

Sunt & qui totam cæsariem, capite im-  
moto, quantum capilli occupant depo-  
nunt ad frontem, & reuocant cum uo-  
lunt. Sunt & eorum qui quæ uorauerūt  
incredibiliter plurima & uaria, paululū  
præcordijs contractis tanquam de sac-  
culo, quod placuerit integerrimum pro-  
ferunt. Quidam uoces auium pecorū  
& aliorum quorumlibet hominum sic  
imitantur & exprimunt, ut nisi uidean-  
tur, discerni non possint. Et multa alia  
incredibilia ibi dicit, quæ aut ipse fate-  
tur uidisse, aut à fidedignis accepisse.  
Sed referamus quæ magis proposito  
præsenti faciunt. Plutarchus author pre-  
stantissimus in uita Catonis Uticensis  
refert quosdā esse homines Psyllos nun-  
cupatos, qui morsibus serpentū meden-  
tur: ore uenenum exhaustentes: & can-  
tibus serpentes demulcere. Idemq; Plu-  
tarch. in uita Pyrrhi digitum maximū  
pedis diuinitatem habuisse, adeò quod  
igne nunquam potuit comburi. Quid  
dicemus de Marsis, quos dicunt uulga-  
res

Mirabiles  
hominū quo  
rundam ope  
rationes

Psylli.

Pyrrhi digi-  
tus.

Mars.

*Reges Gal=*  
*lorum stru=*  
*mas curare.*

*Historia.*

*Dissidio*  
*anno bmo-*  
*num.*

*Solutio ter=*  
*tia.*

*Imaginati-*  
*ue uis*

res habere gratiam sancti Pauli: nōne & isti consimilia psyllis faciunt, imo & maiora: Reges Gallorum nōne dicuntur strumas curare: in præsenti anno nō ne in agro Mutinensi repertus est unus qui ita tangebat & tractabat serpentes, ut mulier pullos gallinaceos & cum tam reperisset serpentem horridum aspectu quem cum taliter pertractare uellet ueluti alios, eum momordit, & crudelissima morte interiit ille præcantor. quod quidem ob aliud accidisse nō existimo, nisi quoniam sua proprietas nō aduersabatur omnibus serpētibus. multa & ferè infinita talia inueniri possent quæ nostro proposito deseruirent, sed breuitatis causa omittuntur. Tertius autem modus soluendi etiā iuxta suppositiones positas est, quem etiam aliquatenus Petrus Aponus tangit in consiliatore differentia 155. quanquam multa in uoluat quæ sententia mea, nō sunt Peripatetica: & fortassis aliqua sunt fabulosæ. modus itaque talis est: Contingit imaginatiuam & cogitatiuam uirtutes esse ualde fixas circa aliquid, sic quod non

non sunt secundum naturales disposi-  
tiones, uerùm habitus ualde fixi & diu  
permanentes. & quod habeant obedi-  
entiam spirituū & sanguinis: & tunc in  
tali casu res imaginata & desiderata se-  
cundum esse reale potest à uirtutibus  
producī imaginatiua & cogitatiua sicut  
imaginantibus & desiderantibus. Qua-  
re in casibus dictis, ex uirtutibus præcā-  
tatoris illius, poterunt produci omnes  
illi tres effectus. Modus autem iste sic  
persuadetur secundum suppositiones  
priores: quoniam, quod intra potest se-  
qui sanitas uel infirmitas imò motu ferē  
à nullo est negatum: operationes enim  
animatorum siue sint secundum nutriti-  
uam uirtutem, siue secundum sensiti-  
uam, immediate perficiuntur per spíri-  
tus & sanguinem, tanquam per instru-  
menta propria, quæ sunt apta moueri  
& obedire imaginatiuæ & delideratiuæ  
secundum earum nutum. possunt itaq;  
dictæ uirtutes mutare & retrahere talia  
instrumenta secundum eorum imperi-  
um. uerùm alia instrumenta perficiunt  
& imperficiunt operationes tam natu-  
rales

De Anima  
in corpus im-  
perio L. Cel.  
Rod.lib. 20.  
cap. 15. C.  
16. Animato  
rum operati-  
ones à qui-  
bus fiant.

rales quam animales secundum eorum diuersitatem: unde possunt induci sanitas & ægritudo. Accedit ad hæc, quod propter motum localem secundū quē fit additio & retractio spirituum & sanguinis ab aliquo loco, fit etiam eorum alteratio: nam lætitia generat sanguinē & spiritus claros, mœstitia ē contrario: spiritus & sic de reliquis dispositionibus. Spiritus sanguinis estus autem & sanguis sic diuersimodè affectus miri. terati naturaliter producunt diuersos effectus, ut docet experiētia quotidiana, & historiæ manifestant: nam in coitu quis imaginans aliquid, producit realiter fœtum ei simile quod imaginatur: & mulier prægnans ex uehementi desiderio utpote ciceris, similitudine ciceris fœtum signatum parit, unde Cicero num domus dicta est: & sic de innumeris alijs. Quare, impudentis est & omnino pertinacis uelle negare huiusmodi experimenta, & eorum causas. Cū itaque uirtutes ista talia possint operari ad intra, ergo contingit & ad extra consimiles producere effectus, quando fuerint bene disposita, & secundum appropinquatio-

quationem & dispositiones agētis. Vnde in duobus primis casibus ætas infantilis multum iuuat: ueluti in fascinazione infantes fascinantur: non tam faciliter autem qui sunt aliarum ætatū, quoniam corpora eorum magis resistunt alterationibus. ut etiam olea & unguenta magis conueniunt pueris quam alijs ætatibus, propter eandem causam. In tertio autem casu multum facit fides curādī, iuxta illud Galeni primo Prognosticorum capite 2. ille plures sanat, de quo plures confidunt. Quare, incredibile non est etiam sanitatem posse produci ad extra ab anima taliter imaginante & desiderante de ægritudine: hoc negari non potest, ut apparet in fascinazione, in lepra, in infectis peste, in muliere mēstruata, in excandescente, in inuidō, in serpentibus, in habente infectum anhelitum, in potantibus in eodē uase, & sic de infinitis: ergo non minus est de sanitate, experimento quoque cognoscitur bonum anhelitū confortare, ueluti boni odores spiritus confortat atque uitam prologant, sicut fertur in historia Demo<sup>Odorem boni</sup> tare.

Fides ægri  
quantū pos-  
sit.

criti, qui superuixit per tres dies, donec  
Dionysia celebrarētur, ex odore panis  
recentis & calidi, uel secundū alios mel  
lis nō dum à cera depurati, quare istud  
quod dictum est, multum credibile est  
& consonum naturæ operibus. Si e-  
nīm herbæ, lapides, membra bestiarum,  
& multorum aliorum, tam mirabilia o-  
perantur, quāto magis humana anima,  
quæ inter ista inferiora primū obtinet  
gradum & est finis omnium quæ sunt,  
ut 2. Physicorum dicitur: imò longè uer  
similius est hæc fieri per humanam ani-  
mam quam per herbas & emplastra cæ-  
teraq; huiusmodi generis. pro quo scire  
oportet, hūc modum differre ab eo qui

*Animæ hu-  
manæ uis in  
sanando.*

Imaginati= est Auicennæ. Ut enim Auicennæ scri-  
ua quomodo sit, Anima sola cognitione & imperio  
iuxta Auic. tales producit effectus non sensibiliter  
operetur in a neq; insensibiliter alterando, sed solum  
nim. ex obedientia materialium quæ sunt na  
Peripatetico ta parere nutui eius animæ. Secundum  
rum ea de re uerò nos, anima talia non operatur nisi  
sententia. alterando, & per uapores trāsmisso ab  
ea qui sunt affecti tali uirtute uel mali-  
cia: modò ex multis cōuincitur melius  
hoc fie-

hoc fieri per uapores, quām per cerota *Vaporum et*  
 uel emplastra: tum quoniā spiritus sunt *spirituū nūc.*  
 immediata & proxima naturæ instru-  
 menta, illa uero sunt remota: tum quo-  
 niam sunt actuata: illa uero non agunt,  
 nisi per calorem reducantur ad actum:  
 tum quoniam sunt spiritualiora, illa ue-  
 rò sunt magis materialia & crassa. qua-  
 re, non tam faciliter intrat poros & par-  
 tes interiores sicuti uapores & spiritus.  
 Amplius ista corporalia magis sensibili-  
 ter alterant: quare multotiens paſſo do-  
 lorem inferūt, illa uero spiritualia insen-  
 sibiliter. Vnde qui inficiūtur à peste, nō  
 sentiunt, & multoties nesciunt dicere à  
 quibus infecti sint: quo fit, ut celerius et  
 magis ordinatè in his procedat natura,  
 quām in cerotis & emplastris: quæ om-  
 nia, quanquam à prophano uulgo non  
 percipiuntur, ab istis tamē philosophis, *Philosophi*  
 qui soli sunt Dij terrestres, & tantū di- *Dij terrestres*  
 stant à cæteris cuiuscunq; ordinis siue  
 conditionis sint, sicut homines ueri ab  
 hominibus pictis, sunt concessa ac de-  
 monstrata. ex quibus sequitur, quare *Cur empiri-*  
*ci multos fac-*  
*Empírici, imò literarum omnino igna-* *nent.*

ri, multotiens plures sanant quām ratiōnales medici & doctissimi. nā huiusmo di effectus ut plurimum sunt in plebeis & hominibus rudibus, qui maximē sūt creduli, maximamq; fidem prēstant huīusmodi generis hominibus . Modò, quantum faciat fides & imaginatio, sa-  
c̄tis ex his quē dicta sunt tam ex parte a-  
gentis quām passi, abūdē patere potest.  
quare hæc extra rationem non sūt. Di-  
cimus tamen in tertio casu uidelicet de ferro euulso, hoc posset habere aliā cau-  
sam rationalem à prædictis . Contingit enim aliquos homines habere manus i-  
ta agiles & bonum experimentum in e-  
uellendo, ut ingenio & manuum agili-  
tate faciant, quod maximis viribus fieri  
non potest, ut fertur de Archimede Sy-  
racusano, qui paruo instrumento facie-  
bat quæ uix ab una ciuitate fieri potuiss-  
sent. Sic itaq;, ut mihi uidetur, ad istos  
tres casus secundum Peripateticos dicē  
dū esset. Sed quartus casus de Cribro,  
maiorem uidetur habere difficultatem,  
& non solum secundum Peripateticos,  
uerū etiam secundum ponentes dæ-  
mones:

*De ferro e-  
uulso à uul-  
nere.*

*Archimedcs.*

*Ad casum de  
Cribro moto*

mones: qui et si immediate moueant loco  
caliter, non tamen immediate alterant.  
Et figuræ illæ uisæ à uirginibus in specu *Visa in specu*  
lo fiunt per alterationem. quod est igitur *lo a uirginib.*  
tut alterans, nisi sint corpora produce[n]tia in speculum sui imaginem? Verum  
quod ratia uideantur etiam ab astanti-  
bus, uerisimile est. quare, utraq[ue] opinio  
eadē habet difficultates: propter quod  
primo mihi uidetur dicendum ad hoc,  
quod istud experimentum non est ue- *Præcantato-*  
rum, sed ibi est deceptio illius præcanta *rum ex circa*  
toris: qui si mouet cribrum illud, ciā & *Latorū frāus.*  
insensibiliter mouet, & tā caute, ut nos  
lateat: uel si mouetur ab alio, intelligēti-  
am habet cum illo qui tenet cribrum il-  
lud: dicoq[ue] etiam intelligentiam habet  
cū illis pueris. tales enim homines non  
quærunt nisi lucrum: quare, fraudibus  
& dolis uiuunt. huiusmodi rei mihi fidē *Historia*  
facit Simon Pascha Genuensis nostri a-  
mantissimus: retulit enim mihi cū Ro-  
mæ quendam ualde celebrem in hac ar-  
te uidi let, rogauit eum ut in domo sua  
hæc experimenta ficeret, cunq[ue] ille an-  
nuisset & dicta esset dies, Simon nō uul-

D 4 garis,

garis, sed philosophus, elegit pueros  
 qui nunquam talia se uidisse dixerunt:  
 cūq; præcantator ille huius facti causas  
 satis inanes adduceret, promisit præsti-  
 giator ille se in crastinum hac facturū.  
 Verū cum & constituta die superue-  
 nisset, Simon callidus recessit. Neq; ali-  
 quis miretur de deceptionibus & illu-  
 sionibus talium virorum: iam enim plu-  
 ribus annis elapsis uidimus Mantuae &  
 Patauj quendā huiusmodi generis ho-  
 minem Reatum nuncupatum, qui in-  
 credibilia huiusmodi operabatur, com-  
 muniterq; tenebatur ab omnibus arte  
 dæmonū ea facere: quare, hereticæ pra-  
 uitatis inquisitores eum detinuerunt:  
 cunq; torqueretur ab eis, occulta fide o-  
 stendit quod omnia illa erant deceptio-  
 nes & manuum agilitates, & quod mul-  
 ti habebant intelligentiam cum eo: qua-  
 re, ab inquisitoribus dimissus, postea fu-  
 it à quodam interemptus, quem decepe-  
 rat. Dico secundo quod ut diximus su-  
 perius, iste præcantator uel uerius delu-  
 sor potuit habere cum quibusdam intel-  
 ligentiam, qui ex remotis & nō prospe-  
 ctis ab

## Historia.

Etis ab astantibus faciunt, quod aliqua  
 corpora tales imagines in speculo ostē-  
 dant, & expectant donec, quem quæri-  
 tis, ut deceptio sic magis occulta. Secun-  
 dum enim hunc modum possumus ui-  
 dere ea quæ fiunt post terga nostra, ut  
 apparet in speculo directe opposito o-  
 culis nostris, in quo apparet ea quæ sunt  
 in cœlo. et in huius testimonium dicam  
 exemplum: Dum Patauij multi essent  
 in aula episcopatus, uir non solum do-  
 ctissimus, sed etiā sanctissimus Petrus  
 Barocius, cunctis coram episcopo sermo  
 habereſ de Apollonio Thianeo, quod  
 uideret ea quæ essent in remotissimis  
 partibus: cunctis multi hoc referrent in ar-  
 tem magicam, subrisit uir doctissimus,  
 (nam in Mathematicis uniuersaliter e-  
 rat apprimè doctus) & dixit nihil hoc se-  
 cundum naturam incōuenire, ista nāctis  
 inferiora suas imagines et species distin-  
 dunt in aérem & usq; ad cœlum: & hęc  
 iterant & reuerberat̄ur in ista inferiora:  
 ueluti unum speculum in alterum spe-  
 culum: & sic talia longinquè uideri pos-  
 sunt. adducebatq; authores afferentes

*speculius.*

Petrus Baro  
cius episco-  
pus Patauij.  
Vnde imagi-  
nes in specu-  
lo à longè.

D s hoc,

hoc, quorum non recordor, & multas  
 historias de hoc: dicebatq; aliquos fuis-  
 se creditos sanctos ob talia facinora, qui  
 propter scelera ab eis commissa magis  
 fuerunt diaboli. Dico tertio & (ut existi-  
 mo) satis probabiliter secundum suppo-  
 sitiones superiores, primo nihil incon-  
 uenire hominem flatu satis occulto, uel  
 Vapor oc-  
 cultus. uapore taliter infecto uoluere cribrum,  
 uel à proprietate occulta, sicut aliis ma-  
 gnes attrahit ferrum, aliis expellit. nec  
 hoc est minus incredibile quam de illis  
 duobus gemellis ab Alberto recitatis,  
 ad quorum unius dexteram ostia dex-  
 tra aperiebantur & patebant, ad alteri-  
 us uero sinistram è contrario. Quare, ta-  
 les homines possunt sic per uirtutem in  
 diuidualem agitare cribrum. quod uero  
 dicitur de apparentibus in speculo, dico  
 quod non est remotum hoc fieri à uapo-  
 ribus transmissis ab ipso præcitatore sic  
 imaginare affectis, consimili ratiōe uel  
 dispositione sicut sp̄ritus intra. Præcan-  
 tator enim ille multum fixe imaginaba-  
 tur illas figurās quare similibus imagi-  
 nationibus afficit sp̄ritus et uapores ab  
 eo trās

eo transmissos, qui taliter speculum afficiunt. Si namq; ex mulieris imaginatio-  
ne in coitu, & quando est prægnans fi-  
unt effectus reales similes rei imagina-  
tæ, cur igitur & illi spiritus sic affecti nō  
poslunt spiritualiter sic afficere speculū:  
Verūm hæc responsio uidetur habere  
dubitatem manifestam, quoniam si  
sic eslet, non solum pueri uirgines hoc  
inspicerent, uerūm & nō uirgines & ce-  
teri astantes: quod tamē non fertur. Sed  
quæro, si hæc fiunt opera dæmonum, &  
uirgines aspiciant tunc talia, & cum ta-  
les formæ non poslunt aspici nisi ibi sint,  
cum non sentiamus nisi ea quæ sunt, ut  
dicitur secundo de Anima: Cur igitur e-  
tiam tunc tales formæ non uidentut ab  
alijs: Quod si quis dicat dæmones præ-  
stigiare aliorum oculos, dicemus ut pri-  
us, quod hoc nō fit nisi per alterationē,  
que immediate secundū sic opinātes nō  
potest a dæmonē fieri. Et denique, quic  
quid dicitur pro uno, uidetur pro altero  
dici posse. Et fortassis quod pueri uirgi-  
nes sunt acutioris uisus quam non uirgi-  
nes, sicut etiam sunt acutioris uocis, &  
magis

Hoc Aristot.  
testatur 4.  
problem. 13.

¶ 25.

magis redolentis flatus ac melioris quam  
non uirgines. Et fortassis quod si quis  
nō uirgo esset ita acuti uisus sicut ille pu-  
er, illas formas uideret. Existimandum  
enim est illas figuratas fuisse ualde debi-  
les: tamen & cōsimiles dubitationes oc-  
currūt in alijs naturalibus: utpote de eo  
quod refert Albertus in secundo suorum  
mineralium de Agate lapide ad experi-  
endam uirginem: & de Magnete ad co-  
gnoscendam adulteram: & de Unicor-  
nu qui recumbit in sinu uirginis, et non  
corruptæ. Certè multa sunt naturalia,  
quorum causas nescimus reddere: puto  
tamen magis istas esse deceptiones quam  
secundum ueritatem. Hæc sunt, secun-  
dum me, responsiones, quæ uerisimili-  
ter pro Peripateticis dari possunt.

*Caput quintum, in quo mouentur dubitationes  
aduersus ea quæ dicta sunt.*

*Prima dubi-  
tatio.*

**V**T autem ea quæ dicta sunt meli-  
us intelligantur, mouentur dubi-  
tationes, quibus ex tota satisfacere non  
est leue. Prima itaq; dubitatio est. Vide-  
tur

tur quod nullus modorum assignatorum conueniat Peripateticis. Secundus enim modus non, si nanc̄ aliqui homines reperiuntur conuenire in proprietatibus cum illis medicationibus, per quas conuenientias possent talia operari, qualia illa medicamina, cum ista debeantur homini qua homo est secundum rationem assignatam, quando dicebatur hominē esse medium inter aeterna & nō aeterna, tunc quilibet homo in quolibet clymate & in qualibet aetate haberet huiusmodi proprietates: Nā quod conuenit uni homini qua homo est, cuilibet & semper conuenit hoc autē est manifestē falsum. Secunda est, quoniam unius rei tantum est unus modulus generationis. ut habet Commentator quarto Physicorū aduersus Auicennam: Sed secundum positionem, sanitas inducitur per herbas, lapides, & per homines, quæ non sunt eiusdem speciei, immo neq̄ eiusdē generis proximi ut notum est: ergo &c. Tertia dubitatio est secundum tertium modum assignatum, scilicet sanitatē induci per vapores transmissos

missos ab anima imaginante & desiderante: primò quidem quoniam anima sic desiderans & imaginans alterat spiritus tantum spiritualiter, & nullo modo realiter: Sanatio autem & ægrotatio sunt alterationes reales, ut de se notum est. unde fit, ut spiritus sic spiritualiter tantum affecti, nō possint effectum realem producere, cum nihil agat ultra actum proprium. Vnde similitudo ibi adducta, nō uidetur conueniens, scilicet de iuuatiuo & noxio. In fascinatione enim non tantum uapores afficiunt & inficiunt qualitate spirituali, uerum etiam reali. Et sic est de reliquis adductis in noxio. hic autem nulla affectio nisi spiritualis apparet. Quarta dubitatio est, quoniam spiritus & uapores sunt corpora ualde debilia, quare subito uidetur corrupti cum extra mittuntur, vel uirtutem amittere: uidetur enim quod continens debeat statim ipsos transmutare, & sic effectus non poterunt inducere. Vnde similitudo ibi adducta non uidetur conueniens, uidelicet de operatione ad intra & ad extra. Spiritus namque & uapores dum sunt in cor-

*Quarta du  
bitatio.*

in corpore imaginantis, fouetur & regu-  
lantur ab ipso imaginante: ad extra autem  
corrumpuntur a medio, & carent regu-  
lante. Quinta dubitatio est, quoniam sic  
quilibet praecantator posset in qualibet  
extitudine proficere, quod tamen est con-  
tra experientia. Videmus enim aliquos  
appropriatos vulneribus, aliquos ap-  
propriatos doloribus: immo diuersis vul-  
neribus & diuersis doloribus videmus  
distinctos praecantatores. Consequen-  
tia uidetur manifesta, quod omnes praæ-  
cantatores secundum dicta habeant u-  
num modum operandi, uidelicet ex ue-  
hementi imaginatione & desiderio: immo  
quilibet in aetate constitutus absq; impe-  
dimento posset fieri praecantator. Sexta  
dubitatio contingit circa primum mo-  
dum positum, quoniam secundum illum  
modum, immo etiam secundum ponentes  
haec fieri arte dæmonum seu magica, &  
necromantia non minus esset sciencia quam  
medicina et naturalis philosophia, & A-  
strologiae subalternatae: quoniam cum in  
huiusmodi artibus dæmones nil aliud  
operentur, nisi quoniam res naturalis

activa

*Quinta das  
būatio.*

*Sexta dubi-  
tatio*

actiua applicatur proprijs & proportio  
natis passiuis, quod est opus naturæ, &  
in determinatis temporibus & determi-  
natis signis cœli, quod est Astronomie  
scientiæ. cum scientia naturalis et Astro-  
nomia non sint hominibus dengatæ:  
quandoquidem per intellectū agentem  
possint omnes species facere, & per in-  
tellectum possibilem omnes species re-  
cipere. Sunt enim, ut dicit Auerr. 3. de A-  
nima, istæ operatiōes reductæ ad nostrā  
uoluntatem: ergo similes erunt medici-  
næ, agriculturæ, & alijs cōsimilibus: hoc  
autem uidetur etiam falsum, quoniam  
*Omnis sci-entia in se bona est.*  
omnis scientia est perfectio intellectus  
& bona in se, & utilis, & honesta: quare  
nuila lex neq; politia bene ordinata ha-  
bet bonum aut honestū prohibere: hoc  
autem falsum est. Nam ut August. 19. o-  
ctauij libri de Ciuitate dei dicit ex Cice-  
ronis sententia in 12. tabulis antiquissi-  
mis Romanorū legib; conscriptū est,  
ei qui has artes exercuerit, ultimum sup-  
plicium sit. Nonne etiā Virgilius Mā-tu-  
anus in 4. Aeneidos cecinit, Testor cha-  
rādeos, & te germana, tuumq; Dulce ca-  
put,

put, magicas inuitā accingier arteis. & in alio loco, Atq; satas aliò uidi traduce-re messes: tanquam quod hæc pestifera & scelerata doctrina non sit nisi ad ma-lū & hominū perniciē ordinata: et quod omniū maximū est, per legē antiquam, scil. Mosi, et nouā sc. Christi, tā apertē ue-titam & execratam conspiciamus. Amplius præcantationes secundum ipsos tres modos factas nihil mali in se conti-nere uidemus, imò saluti humanæ profi-cuæ uidentur. quare si sic, præcantantes non essent puniēdi, imò præmījs & ho-noribus prosequendi. at patet istud esse manifestē falsum: quādoquidem eccl-e-sia à spiritu sancto directa talia prohibe-at. Septima dubitatio est, quoniam istis modis datis, ruunt lex Moysi & Christi, si fas est eas duas leges dicere: quod sic probatur. quoniam leges istę potissima numina & fundamenta sumunt à mira culis. Vnde secundum istos modos nul-la sunt miracula. quæ enim in Veteri le-ge & in Exodo leguntur de Moysē scili-cet de stupendis per eum factis coram Pharaone, possūt satis reduci ad aliquē

*Septima dn  
bitatio.*

E uel ad

uel ad aliquos uel ad omnes istos tres  
 modos nā quæ per Moysēm facta sunt,  
 & per magos Pharaonis facta sunt, u/  
 in Exodo legitur .quia nihil uidetur ue-  
 tare ut quod habuerunt magi Pharaōis  
 ex dæmonum inuocatione, id experien-  
 tia Philosophiæ naturalis & Astrono-  
 miæ habuerit Moses, ueluti etiam nunc  
 quidam existimāt de eo : et quis diceret  
 quod fortassis utriq; scilicet magi illi &  
 Moses cōsimiliter habuerunt per scienti-  
 am. Amplius secundum istos modos di-  
 cemus , quod Helias , de quo 3. Regum  
 legitur capite 18. excitasse à mortuis fili-  
 um uiduæ. Et Eliseus , de quo etiam cap.  
 4. quarti Regum habetur , consimiliter  
 fecisse de filio Prophetæ ex precibus u-  
 xoris eius: dicemus inquam hæc non fu-  
 isse uera miracula: non enim erant mor-  
 tui, sed existimabantur esse mortui. Ve-  
 rūm Elias & Eliseus secundū aliquem  
 modorum assignatorum fecerūt eos re-  
 uiuiscere , sicut multa alia medicamina  
 possunt cōsimilia facere. Idem dici pos-  
 set de gestis per Christū & Apostolos:  
 non enim uidetur cōtra naturam quod  
 umbra

umbra Petri sanet languores, quoniam secundum aliquem illorum modorum posset reduci in causam naturalem: Cōsimiliter quod ad imprecationem Petri Ananias cum uxore Saphira moriātur, non est ultra uel supra naturam: quandoquidem ad sibilum Reguli animalia interficiantur: & homines imprecātes, ex dira imaginatiua & uehementi uene nū expirant: & sic suo modo de reliquis dicitur. Octauia dubitatio est, quoniam secundum istos tres modos naturaliter passio Domini nostri Saluatoris possit figurari in cordibus humanis, & sic que dicuntur de sancta Catharina Senensi, & de quibusdā alijs sanctis mulieribus, non esset ex diuino miraculo. Et consequenter secundum istum modum dici posset beatum Franciscum ex miraculo non habuisse (si modò habuit) stigmata Saluatoris nostri: quoniam si ex fixa mulieris imaginatione coēuntis, fœtus secundum stigmata possit assimilari realiter rei imaginatę, et ex muliere prægnāte imaginante, exempli gratia, malum granatum, fœtus habet stigma-

*Octauia du  
bitatio.*

ta mali granati : & ex imaginatione le-  
 præ innascitur lepra. cur igitur & in cor  
 de & in reliquis membris talia stigmata  
 Nona dubi-  
 tatio. singi non possent: certè nō dispar uide-  
 tur ratio. Nona dubitatio est, quoniam  
 nullas dictorum modorum uidetur fa-  
 cere ad propositum: quoniam isti præca-  
 tatores in talibus utūtur diuersis uerbis,  
 signis, & characteribus: modo non ap-  
 paret quod huiusmodi uerba, signa &  
 characteres aliquid operentur in dictis  
 modis: imò sine eis non minus uidetur  
 sequi tales effectus: Verba enim nullā  
 uidentur habere uirtutem uel operatio-  
 nem in talibus: quandoquidem uerba  
 sunt soni, quorum tantum est auditum  
 immutare, cum tamen hic immutentur  
 sensus tactus: nam inducūtur sanitas &  
 ægritudo. Itē signa & characteres sunt  
 qualitas in quantitate, & ut scribit Cō-  
 mentator 4. Physicorum, quantitas nō  
 est de principijs actiuis. quare non uidē-  
 tur ista consonare dictis experimentis,  
 ergo &c.

Caput sextum, in quo ad prædictas du-  
 bitationes respondetur.

Ad hæc

**A**Dhæc itaqz singillatim responde-  
tur: & ad primum negatur quod  
intertur: imò paucissimi sunt homines,  
& in paucis climatibus, & in pauco tem-  
pore tales homines reperiuntur, ueluti  
experimento manifestum est. Et ulteri-  
us dicitur, ut sicut quamvis esse grāma-  
ticum uel philosophum conueniat ho-  
mini qua homo, aptitudine & possibili-  
tate remota: paucissimi tamē sunt in cō-  
paratione eorum qui sunt secundum a-  
ctum: ita pariter dicitur & in proposito.  
Causa autem effectiva & materialis est  
multiplex, nam & cōcurrunt stellarum  
diuersi aspectus secūdum diuersitatem  
agentium particularium promouentiū  
uel impedientiū, & dispositio passi. Fi-  
nalis autem causa est pulchritudo, & u-  
niuersi perfectio, que consistunt in tan-  
ta rerum diuersitate, ueluti dicitur in li-  
bro de Mundo Aristoteli adscripto. Ve-  
rūm de hoc alio in loco fusius. Ad secun-  
dam dubitationem, procul dubio dici-  
tur illud assumptnm esse falsum, & ma-  
nifestè experimēto aduersari. Videmus  
enim & unū medicamen conferre pluri-

*Ad primam**E 3 bus*

bus ægritudinibus specie distinctis, & plura medicamina specie distincta eidē ægritudini conferre, ut medicis manifestum est. quod uero adducitur de Auer-roë, quanquā aliqualiter uerba sua glossari possint: ipsa tamē simpliciter admittenda non sunt. Verūm infrā de his exāctè dicemus in interpretatione illius cōmenti. Ad tertiam uero dubitationem dicitur quod quemadmodum diximus

*Authoris ad in nostra de actione specierum, quæstio  
liud opus im ne, annexa illi de reactione & tuo nomi  
pressum.* ni dicata, aliqui tenuerūt species caliditatis & frigiditatis & pariter de reliquis immmediatè producere caliditatem & frigiditatem sub esse reali ubi paſſum fuerit dispoſitum: aliqui autem commouendo ſpiritum & ſanguinem. Verūm utro uis iſtorum modorum dato, noſtrū pro poſitum nō amouetur: nam ſiue media tè hoc fiat, maniſtum eſt ex ſpeciebus poſſe produci rem cuius eſt ſpecies ſecundum eſſe reale, ut deductum eſt in ſu- poſitionibus ex uerbis Aristotelis & ex multis experimētis: fuit inſimul & ueri ſimilitatione probatum, uidelicet per ſimilitu-

militudinem id earum existentium in mente diuina & in intelligentijs mouetibus orbes. Verum quoniam de his abundantiori sermone diximus in quæstione citata ideo satis in præsentiarum dictum sit. Ad quartam autem dubitationem dicimus, si illud colligeretur recte, tunc nulli essent morbi ex contagione, nulla proffus esset contagio, nec aliquis alterius animalis halitu inficeretur, et sic de multis: quæ omnia manifestè falsa esse perspicuum est. Verum tamen illud probat, uidelicet difficilius & rarius hæc continere in iuuatiuo quam in noxio, quoniam efficaciora sunt mala bonis. Non enim uidemus aliquam medicinam in tam modica quantitate sumptam in iuuatiuo tantum cōferre, sicut uenenū in tam pauca quantitate nocet, uel saltem ut in pluribus hoc sic est. dicimusque ulterius ut in pluribus talia ad intra citius & efficiatus operari quam extra, propter causas ibi adductas, scilicet quoniā ad intra fouentur, & dirigunt ab imaginâte non tamen in multis ex toto ab extra corrumpit uirtus, taliter quin possit operari, ut

Lædere facilius est quam iuuare.

docet experientia : & nihil prohibet na-  
turam passi tales spiritus & fouere & di-  
rigere : quandoquidem agēs & passum  
penuntur esse unius nature, & uapores  
istos esse eosdem uel cōsimiles. dictum  
est hoc autem ut in pluribus, quoniam  
quemadmodum retrō dictum est con-  
tingit aliquando ad extra operari & nō  
ad intra, ut patet in fascinationibus et in  
his qui inficiuntur peste aliqua, & infe-  
cti moriuntur, ipsis degentibus uitam  
sanam. Ad quintam dubitationem, ne-  
gatur illud quod ibi infertur, uidelicet  
quod quilibet prēcantator proficeret in  
omni ægritudine, & similiter quod qui-  
libet in conuenienti ætate existens pos-  
sit illos effectus producere: neutrum e-  
nīm illorum sequitur secundum aliquē  
trium modorum assignatorum, non e-  
nīm secundum primum, quoniam sicut  
non quilibet medicus tantum scit quan-  
tum alter, quia unus potest curare unā  
infirmitatem quam alter non potest: ita  
in hac arte unus plus scit quam alter. ne-  
que sequitur secundum modum, quoni-  
am unus habere potest proprietatem in  
diuidua

*Ad quintam*

diuidualem, quam nō habet alter. necq; etiam sequitur secundum tertium modum: quoniam oportet pr̄cantatorem esse credulum & magnam fidem adhibere & habere uehemētem imaginatio nem, & fixum desiderium, & circa unā quanq; ægritudinem: modò patet non omnes homines esse æqualiter dispositos secūdum hoc: quare, nihil est quod adducitur. Ad sextam autē dicit quod loquendo de isto modo magico, si magicū appellare licet, in tali modo est considerare uidelicet operationem natura-  
 liter ab herbis, lapidibus, & reliquis con-  
 currentibus ad talem operationem, con-  
 similiter & accommodatum tempus, &  
 debitam applicationem ad talem ope-  
 rationem: & etiam considerare quomodo ab hominibus acquiritur talis cogni-  
 tio: uidelicet an ex industria sua, ut pote-  
 uel ex studio uel ex experimentis, sine  
 adminiculo superiorum, siue sint boni  
 angelii siue sint mali. Si loquamur secun-  
 dum primum modum, nemini dubium  
 est, ipsam in se esse ueram sciētiam facti-  
 uam & subalternatam philosophiæ na-

*Ad sextam.*

Magia quā turali & Astrologiæ, sicut est medicina  
 do sit scien- & multæ aliæ scientiæ: & in se est bona,  
 tia bona. & intellectus perfectio: & habens eam  
 dicitur secundum eam profici. & ut sic,  
 non facit hominem habentem ipsam, ma-  
 lum esse hominem: alias enim Deus &  
 boni angelini nō essent boni, quum eam  
 perfectissime habeant, ut secundum le-  
 ges manifestum est. Si uero cōsideretur  
 quomodo ab hominibus acquiritur, di-  
 co quod si ex studio & industria, uel à  
 bonis angelis habeat, ueluti credit de  
 qbusdā sanctis uiris, sic remanet uera &  
 bona scientia: necq; secūdū istā cōsidera-  
 tionē aliquid mali cōtinet in se necq; ut  
 sic est per se prohibita. Si uero homines  
 eā acquirūt ex iuocatione spirituū im-  
 mundorū, sic, quātū ad operationes pro-  
 uenientes à rebus naturalibus, est uera  
 sciētia, uerū modus acquisitus nō est sciē-  
 tia, necq; per modū sciētia, et est in se pe-  
 stifer & sceleratus, cū sit manifesta idolo-  
 latria, quod est grauiſſimum peccato-  
 rum, cum sit contra præceptum primæ  
 tabulæ, & ita per se est prohibita, non  
 quidem quantum ad rem cognitam, sed

quans

quantum ad modum cognoscendi seu acquirendi eam. & de hoc loquitur Augustinus in 8. de Ciuitate Dei, ut patet *De Magia* inspicienti eius uerba: & hanc prohibet speciebus ui duodecim tabule Romanorum, & res de L. Cœliū publicæ bene ordinatæ eam exterminant ab hominibus. dico tamen quod quanquam prima ars sit in se scientia, in collectus perfectio, & consequenter in se sit bona, esto etiam quod ex inuocati one dæmonum ab homine aliquo acquisita non foret, sed per aliquem alium modum honestum, decet tamen & expedit in repub. bene ordinata ut tales homines interdicantur, & ars ipsa ex toto exterminetur, non quidem per se, sed per accidens. Si enim hæc esset tantum speculativa, fortassis non esset sic expellenda: Verum est factuua, factuua autem non est bona nisi coniuncta sit appetitu recto & rationi conformi, modo ictis artibus quali semper homines abutuntur. aliqui enim per has artes uolunt haberi Di, quod est maximum peccatum. Aliqui autem his utunt ad amores illicitos, ad rapi nas, ad abortus, & cætera nefanda, quare, ut

re, ut existimo, lura bona & respub. tales artes non admittunt. Quod si dicatur, ubi unus homo uel plures eam debiteret haberet, & appetitum rectum habarent, tales homines non essent interdicendi, dico ad hoc, quod si esset boni, ea non abuterentur, & ad bona opera ea uterentur: tamen dico quod alios non deberet docere, neque in scriptis relinquere: quoniam maior hominum pars est cupiditatibus dedita. Vnde Legislatores respicientes quod fit in pluribus, & non quod rarenter contingit, condunt leges secundum quod in pluribus conferre queant, & non secundum quod casualiter. Unde dicebat Galenus quod si quis homo cognosceret herbā educentem sanguinem, iste homo esset interficiendus, ne alios doceret. quod si dicatur, pariter nulla scientia esset bona, imo nulla ferè res nisi ipsa uirtus, quoniam omnibus sciencij & artibus contingit abuti, exceptis uirtutibus: quoniam ipsis non possumus abuti, quoniam non sunt uirtutes nisi ut sunt regulatæ per appetitum rectum, ut dicitur sexto Ethicoru: Verum artibus & scien-

*Legislato-  
rum ratio*

*Obiect io.*

*Virtutib. no  
possimus a-  
buti.*

& scientijs possumus abuti: nā quis potest ordinare Theologiā, quæ est sciētia rū principalissima, ad lucrū uel ad inanē gloriam, uel aliquid aliud uitiū: & simili-  
liter cōtingit in Rhetorica & in cæteris,  
ut dicitur primo Rhetorices ad Theo=  
dectem. Huic quidem dicitur quod ad-  
ducitur uerum esse, at latissimam esse si-  
militudinem: cætera namq; non sunt ad-  
modum perniciosa. Nam aut sunt spe-  
culatiuæ: quæ per se non ordinantur ad  
opus, uel si sunt factiuæ, earum usus est  
necessarius, & earum abusus est manife-  
stior: quare abutētes melius puniri pos-  
sunt, ueluti est medicina, quæ est neces-  
saria, & uoluntariè peccantes rigidè pu-  
niri possunt. at in hac arte neq; usus est malè medētes  
necessarius, neq; abusus patens: operan-  
tur enim ut in pluribus insensibiliter.  
quare ratio nō militat. Et ad illud quod  
iniungebatur, uidelicet quod isti præcā-  
tatores non essent prohibendi, cuin ni-  
hil mali in eis esse videatur, quandoqui-  
dem hæc ad causas naturales reducan-  
tur, patet quod quamuis hoc contingat  
maxime in duobus primis modis, hoc  
tamen

tamen est rarēter: uerūm ut in pluribus illa fiunt cū superstitione: quare lex considerans, quod in pluribus contingit, uniuersaliter interdicit. Vnde existimo quod si manifestum esset legi de aliquibus, quod peritiā haberēt ex studio uel à bonis angelis, & essent bona voluntatis, tales non prohiberentur à legibus: Veluti non est interdictum Regib. Galiorum de curādis scrophulīs: quoniam existimatū est hoc fieri per bonos angelos, aut esse donum datum à Deo uel a natura, sicut creditur à philosophis de Spillis & Marsis. Existimatur enim hoc esse Regibus illis datum à Deo propter benē gesta eorum in ecclesia, quia solidicti sunt Reges Christianissimi. Tertius autem modus non uidetur posse fieri absq; superstitione: quandoquidem oportet tales esse credulos, fidē magnā prēstātes uerbis & characteribus, ut refert etiā cōciliator differētia 156. Vnde iū re bono ex toto interdicūtur. Et quoniā dictū est primū modū fieri secūdum artem & scientiā, ideo de secundo hic residuum est etiam dicendum: dico itaque quod

quod secundus modus nō potest reduci in scientiam: quoniam de proprietatis bus insequentibus non secundā totam speciem, sed naturam individui, non potest (inquit Auerrois 5. & 6. collectaneorum) haberi scientia. Nam quanquā de Socrate scīri posset esse sensibile & disciplinabile qua homo est, & quoniā hæc proprietas in sequit̄ formā, tamen quod abhorreat allium, non est scibile nisi experimento. Vnde idem Auerrois dicit ibidem, quod ars medicinæ multotiens deficit propter istas proprietates occultas: aliqui enim homines ex assumptione enematis mortui sunt, aliqui ex casia, cum tamen secundum artem fuerint ista exhibita: unde non efficitur perfecta scientia ipsa medicina. Cum itaq; secūdus modus sit ex proprietate individuali, ideo nō potest cadere in sciētiam. nō etiā tertius modus, ut satis notū est: quoniā nō operatur uis imaginās tales effectus, nisi sit homo dispolitus ad talia: & paucissimi reperiuntur tales: multas enim debent habere conditiones, sicut Conciliator in hoc loco citato dicit,

*Quæ ad scīe  
tiam reducā  
tur.*

dicit, quæ simul raro coēunt in unum.  
Verūm de his haberī potest quædam pē  
ritia & cognitio in uniuersali tantum et  
nō in particulari, utpote quod aliqui ho  
mines hoc faciunt ex proprietate acqui  
sita ex principis generationis: uerum si  
militer non est scibile qui sunt hi, qualis  
ūe fit talis dispositio: sicut nullus huma  
nus intellectus sciret determinatē dice  
re, quare Iacobus Forliuiensis & Horas  
tius Flaccus tantūm alliū abhorrebant:  
Sed tantum sciunt dicere hoc fuisse ex  
proprietate occulta. idem dicatur de ter  
tio, quoniam non est syllogizabile quis  
est ille, qui habet imaginatiuam taliter  
dispositā, ut possit ex imaginatione cu  
rare Erysipelas: sed tamen dicimus ser  
mone uniuersali hoc fieri ex uehemen  
tia imaginatiue: quare Galenus 6. Med.  
Simp iure bono Chariachirū & Bama  
chiū derisit, ipsisq; Dioscoridem p̄etu  
lit, qui non in cantationibus & uerbis su  
perstitiosis, ueluti illi, tradidit medicinā,  
sed per propria processit, secūdū quod  
potest esse ars & scientia: illi uero cade  
re non possunt sub arte ueluti dictū est.  
& sic

& sic dictum sit ad sextā dubitationem. *Ad septimā*  
Ad septimā dicitur esse negandū quod  
ibi illatū est, uidelicet legem Christi &  
Mosis ruere datis modis illis: quoniam  
quanquā aliqua quæ referuntur esse fa-  
cta tam in historia legis Mosis quam le-  
gis Christi, superficialiter reduci possūt  
in causam naturalem, tamen multa sunt  
quæ minimè in talē causam reduci pos-  
sunt: ueluti est de resurrectione Lazari  
quatriduani & iam fœtentis: de cæco à  
natiuitate illuminato: de saturariō e tot  
mille hominū ex quinque panibus &  
duobus piscibus: de claudio à natiuita-  
te, restituto per Petrum & Ioannem: de  
scaturitione fontis ex solo uerbo: & sic  
de infinitis alijs, quorum nullum potest  
reduci in causam naturalem, necq; imme-  
diatē fuisse factum per aliquam rē crea-  
tam: diciturq; ulterius ex sententia diui  
Thomæ in articulo 5. questionis de mi-  
raculis: nihil inconuenire duos effectus  
esse eiusdem speciei, quorū unus est fa-  
ctus ex miraculo, alter uero est factus  
per causas naturales. Nam ut ipse refert  
secundum Augustinum super Genesi,

F serpen-

*De uirgis  
Magorū et  
ui dæmonū  
uide L. Cœli  
um lib. 7.  
cap. 29.*

Serpentes facti à magis Pharaonis, facti  
fuerunt per causas naturales, ex procu-  
ratione dæmonum: facti autem à Moy-  
se, fuerunt facti, oratione Mosis interces-  
sante, ex diuina uirtute, quanquam ser-  
pentes omnes illi essent similes. Quare  
& si qua reperiuntur facta in utrisque le-  
gibus, quæ etiam in causam naturalem  
reducī possunt: afferentibus tamen legi  
bus illa esse facta ex miraculo, firmiter  
tenendum est illa fuisse uera miracula.  
quod uero aliqua talia sint miracula, ali-  
qua uero eiusdem speciei non sint, suf-  
ficit Ecclesiæ catholicæ authoritas quæ  
spiritu sancto & uerbo Dei regulatur,  
iuxta illud Saluatoris, ero uobiscum us-  
que ad consummationem seculi. Necq;  
Plinius secundus in secundo libro natu-  
ralis historiæ cap. 1. audiendus est, qui  
Mosem magicum & uirum ueneficum  
affirmat: in nusqué Suetonius Trāquil-  
lus respiciendus est, qui in libro de 17.  
Cæsaribus in uita Neronis scribit. Af-  
flicti supplicijs Christiani, genus nouæ  
ac maleficæ superstitionis hominū. Nū  
quid autē ex omnibus ibi adductis pos-  
sint

sīnt aliqua reperīrī quāe naturaliter etiā  
 fieri possūt: multa sūnt quē sic, & multa  
 quē nō: quē diligēs inquisitor per se ip-  
 sū faciliter potest discernere, qd si qs etiā  
 in eadē dubitatione ulterius inferret, ex  
 uotis homines nō sanātur miraculo, sed Sanatio ex  
 ex uehemēti imaginatione & cōsidera- uotis  
 tiōe infirmi habita de medico, uel ex ali  
 quo alio huiusmodi, etiā per alicq̄m aliū  
 assignatorū modorū: ad hęc cōsimilitet  
 dicēdā est, quāc̄ hoc multoties cōtiri-  
 git, nō tamen semper: ueluti in egritudi-  
 nibus incurabilibus secundū se, uel pro-  
 pter modū q̄ naturaliter fieri nō posset,  
 esto quod egritudo eslet sanabilis, qua-  
 les fuerūt casus recitati et uisi è diuo Au-  
 gustino, ut ipse refert in multis capitulis  
 22. de Ciuitate Dei: et breuiter, quicquid  
 habitū fuerit p̄ miraculo ab Ecclesia, il  
 lud firmiter credendum est miraculū: &  
 quod non habetur, etiam teneatur non  
 miraculum: non enim aliquid ab ecclē-  
 sia catholica Dei determinatur nisi sit  
 ex uerbo Dei & spiritu sancto dirigēte.

Ad octauam dubitationem consi-  
 militer dicitur sicuti ad septimam, ui-  
 delicit

delicet quod quamuis & illæ figuratio-  
nes in cordibus ex fixa imaginatione fi-  
gurari possint, & talia stigmata in tali-  
bus partibus generari, ut legitur de bea-  
to Francisco, tamen si ecclesia Dei deter-  
minat ista facta fuisse ex miraculo, sic fir-  
miter tenendum est propter cautam su-  
perius adductam, ista tamē naturaliter  
fieri, uidentur de possibilibus remotis  
ualde: quoniam quod fœtus in utero ta-  
liter stigmatizetur, nō uidetur esse quid  
mirum ex materia obedientiæ, quoniam  
multum tenella est, & facile impressibi-  
lis. Verū in istis casibus est in disposi-  
tione ualde inobedienti et cōtraria, qua-  
re, prima responsio est melior & magis  
pia. Ad nonam autem dubitationem re-  
spondetur, & primo ad illud quod dicitur  
de uerbis & carminibus &c. quod  
quamuis Voces primo & per se non im-  
mutent nisi auditū, per accidens tamen  
& secundariò mirabiles effectus habēt  
producere, & præcipue mentes huma-  
nas immutare. Plutarchus enim in uita  
Demosthenis dicit, orationis potestate  
omnia perfici & mitigari cernuntur: ibi

*Ad nonam.*

*Vocum &  
uerborū uis  
miranda.*

*Rem hanc  
tian tractat.*

*L. Cœl. lib.*

*15. cap. 14.*

*que*

que ostendit quantum ualeat pronun-  
ciatio. In uita etiam Ciceronis non mi-  
nus illud demonstrat, ut in ea defensio-  
ne Quinti Ligarij, quę apud Cæsarem a-  
cta est, in qua Cæsarem ferunt extra se  
positum & ita mente alienatum, ut toto  
corpore excuslo libellos quos manu te-  
nebat abiecerit. Et in ea quam idem Ci-  
cero habuit pro Lucio Flacco repetun-  
darū, & pro Murena, quē Cato de am-  
bitu accusabat: & de innumeris alijs rā  
orationibus quām oratoribus à Plutar-  
cho & ab alijs authoribus relatis. Non  
minus & bruta uocibus mouentur: A-  
ues namqe deceptae capiuntur. Cantu o-  
ua, dum incubantur, melius fouent, atqe  
meliores fiunt partus. Serpentes à Spyl-  
lis & Marsis mitigantur. Et innumeræ a-  
liæ operationes fiunt. Quid eē Musicis  
& Citharœdis dicemus: quādoquidem  
cantibus & instrumentis suis homines  
modo ad irā, modo ad misericordiam,  
modo ad arma, modo ad tripudia, & re-  
l. qua talia, etiam ipsis inuitis, deducāt,  
ut fama est de Orpheo & Timotheo, ac  
de innumeris alijs: Non itaqe extra natu-

ram & rationem est, metes uocibus immutari et cogi: quibus immutatis, et corpora immutari perspicuum est. Nam gaudium, tristitiam, iram, mansuetudinem, & sic de reliquis passionibus, generant: ex quibus sanitas & aegritudo, uita & mors, sequi possunt. Veruntamenē quam uoces secundum modū assignatum tam miranda facere possunt, ipsas tamen sic in proposito operari non credimus, quoniam stat nec tales præcantatores elegantem habere rationē: imò multoties sunt eorum uerba perridicula & nullius prorsus significationis. neq; etiam uerba illa sunt cum cōcentu, ut delectationem vel tristitiam inferat: Sed puto in causa esse uehemētem fidem habitam uerbis illis, non minus ex parte præcantati quam præcantantis: ex qua fide maior & potentior fit euaporatio ratione præcantantis, et melior dispositio ex parte præcantati. quanquā & multi ipsorum in deceptione dicant illa uerba & faciant tales characteres, ut eis maior adhibeat fides, & melius decipiāt homines. Pariter etiā dicat de characteribus & figu-

Sed præcata  
rus multoties  
nihil scit, &  
præcantator  
nullā habet  
fidem, ut pu-  
er qui i nescit  
quid agat,  
pronuncians  
illa uerba,  
præcantatio-  
nem facit

& figuris: licet enim figura non sit qualitas activa, multum tamen facit ad actionem, diuersæque figuræ diuersificat actiones: decens enim color, in indecori figura & deformi, inducit tristitiam. Nam et secundū medicos potest esse peccatum in figura non existente peccato in complexione, & ecōtrā. Et diuersa animalia & plātē eligunt diuersas figuræ, adeò qd à plerisq; figura reponit inter per se accidētia quo sit, ut figuræ faciant ad operæ quid possit, existimamus tamē in proposito uel characteres & figuræ idē operari quod est. etiā uoces operātur, scilicet ad decipien dū & augendā fidē. Vtrū autē figuræ faciat ad artificialia & characteres, utpote quod annulus figuratus figura Iouis, aut Mercurij sit ualidior pro aliq; in fluxu recipiendo q; annulus alia figuratus, posterius dicemus exacto sermone: hęc autem intelligantur secundum natu ram, & non concurrentibus dæmoni bus: quoniam in magica dæmoniaca illa uidentur esse requisita siue per se siue per accidens, de quibus non curramus. Quoniam autem secundum

Quantitas licet nō sit actua, multū tamen facit ad actionē: & figura simili ter.

*Dixerim e=go ubi cunq; fiunt chara-cteres inco-gniti, ibi esse demonis pa-ctum aut ex pressum aut tacitum.*

*Decima du-bitatio.*

Pythagoram omnia perficiuntur nume-ro denario, quia secundum ipsum decem sunt sphæræ cœlestes, ideo nouem prioribus dubitationibus non irrationabili-ter addemus decimam dubitationem, quæ est hæc in hoc capite dicta. Quem-admodum aliquis potest infici & ægri-tudinem suscipere ab aliquo alio ex eu-a-poratione, sic & aliquis secundum istum modum potest suscipere sanitatem. Ve-rum istud aperte uidetur aduersari Ari-stoteli: septima enim particula problema-tum quarto problemate sic quærit Ari-stoteles, Cur à morbis non nullis ægro-tant qui appropinquauerint, à sanitate nemo sanari potest? quia quod positū per nos Aristoteli contradicit, modus e-tiam per nos assignatus non uidetur cō-uenire Aristoteli scilicet p euaporatio-nem &c. quoniam sic soluit Aristoteles post propositam dubitationē, an quo-niam motibus motio est, sanitas autem quiescit ergo illa mouente potest, hæc au-tem non potest: an quod alterū non uol-untariè, alterum uoluntariè accidit, res autem non uoluntariæ à uoluntarijs cō-fustis

sultis quamplurimum differunt. Et 29.  
Problem. Problemate 5. sic ait, quā ob  
causam qui cum homine sano morām  
traxerit, nihilo reddi integrori corpore  
possit, neq; qui cum robustiori aut pul-  
chriori uersatur, quicquam huiusmodi  
proficiat, iusto autem & temperato &  
bono qui se adiūxerit, melior in his ipsis  
animi bonis euadet. & postea soluens,  
dicit: An quoniā bona corporis animo  
immutare non possumus, bona animi  
possumus: est autem bonus quisq; ani-  
mi uirtute, sanus uirtute corporis. assue-  
scit igitur exēplo melioris recte modō  
lætari, modō contristari: quod hic assue-  
scere nequit qui cū sano est: haud enim  
quisquam sanus in eo est ut lætetur qui  
bus rebus lætandum est, & contristetur  
qui bus tristandum sit nihil enim ex his  
sanitatem creare potest: hęc Aristoteles.  
Ex quibus multa quæ dicta sunt uiden-  
tur huic citatæ sententiæ aduersari: Pri-  
mo scilicet quoniam homo sanus non  
potest sua sanitatem alium sanare. secūdō  
quod ab homine sano non prouenit e-  
uaporatio illa ueluti ab ægro. 3. quod læ-

*Arist. dicta  
confutata.*

titia & tristitia non possunt causare sanitatem & ægritudinē: & omnium horū opposita dicta sunt: imò ipse Aristoteles ipsi sibi aduersari uidetur, & est contra omnes medicos. Sibi ipsi inquam, ut patet per ea quæ adducta sunt in superioribus, & pricipue in nono de histo-  
ria animaliū, de animi affectibus: medi-  
cis autem, quoniam ex cōmuni conces-  
sione omnīū medicorū, animi acciden-  
tia sunt de maxime conferentibus sani-  
tati & ægritudini, ut tertio artis paru-  
manifestū apud Galenum est: & etiam  
ægro conuersari cum bene habentibus  
multum confert, quia iubemur ample-  
xari infantem carnosum in aliquibus æ-  
gritudinibns, & ait Cōciliator in expo-  
sitiōe citati Problematis septimē sectio-  
nis, ex communi proverbio leprosi affe-  
ctant cōuersari cū sanis. Videtur etiam  
dictum Aristotelis hoc esse cōtra ratio-  
nem & experimētum: rationē quidem,  
quoniam homo siue sanus siue æger cō-  
tinuē expirat & ab eo exhalat uapores,  
quare ueluti ab ægro spiritus et uapores  
nocuii exeunt, sic à fano spiritus boni  
& iuu-

& iuuatiui debet procedere. non minus etiam contrariatur experimento: sentimus enim flatus aliquos esse redolentes, ueluti puerorum temperatorum, ipsisque non minus confortamur quam suauibus odoribus: referuntque historiae ex toto corpore Alexandri Magni tales profluxisse uapores, ut ex Plutarchi prius sententia relatum est. Et ex historijs animalium multa animalia leguntur quae delectantur aliorum animalium anhelitu & euaporatione: quare, sermo hic uidetur perplexus, & inde difficultatem inferre: qua propter fortassis hac de causa uel consimilibus multi dixerunt hoc non fuisse opus Aristoteli, sed fortassis Theophrasti, uel Eudemii, uel alicuius alterius: aut dicendum est, cum Aristoteles huius diversitatis causam referat, quoniam ægritudo mouet, & non sanitas, sensus est, non quod nullo modo à sanitate proueniat motus, sed minus prouenit motus quam ab ægritudine: ut enim Galenus in primo de locis effectus dicit, ægritudo est motus propter naturam: sanitas autem est æquatio membrorum in cōsimilib. seu similarib.

Quare

Quare essentialis est motus ægritudini  
cū sit genus uel ponatur loco generis,  
quies autem magis conuenit ipsi sanita-  
ti. unde fit ut magis ægritudo generet  
ægritudinem, quam sanitas sanitatem,  
quod & superius per nos confessum.  
quanquam nec omnis ægritudo ægritu-  
dinem generat, nisi sit de genere conta-  
giosarū, ut etiā scribitur in primo pro-  
blematum Problemate 7. An etiam dici  
potest, quod quamuis ab homine sano  
emanat continua euaporatio, non tamē  
talis & tanta, ut sanitatis sit inducta,  
nisi fuerit ualde uehemens: sicut nō om-  
nis euaporatio à corpore ægro proce-  
dens, est sufficiens ægritudinem induce-  
re, nisi fuerit ualde fortis. Cum autē ua-  
lida euaporatio prouenit à corpore sa-  
no, ut in pluribus talia corpora sunt in  
passionibus, ueluti impense imaginan-  
tes & desiderantes: uerūm hęc, ex Plato  
nis sententia, sunt animi ægritudines,  
quare talia proprie nō erūt sana. Quod  
autem ultimo dicebatur, & tristitia non  
inducere sanitatem & ægritudinem, in-  
telligitur secūdum esse earū remissum,  
tu nege-

ut negetur de rebus med oriter & nihil nobis attinentibus: secundum tamē esse intensum & de rebus nobis attinentibus, maximē conferunt: diligens tamē inquisitor super hæc consideret.

Sed hæc solutio non admodum satisfacit: quoniam si ægritudo quia sit motus inficit aliū, tunc quæ esset maior motus magis inficeret, & sic cum febris sit motus alterationis, quatenus febris inficeret, quod est falsum (peste excepta) lepra autem, scabies, lippitudo, cācer, non uidetur esse ita motus ut est febris. Item morbi frigidi nullo modo sunt contagiosi, & per se sunt motus, quare illa solutio Problematis est dubia. Nos in soluendo illo problemate dixerimus quod difficilius est sanitatem, facere: plura enim ad construendum exiguntur. Sed ægritudinem potest spiritus ille ac uapor contagious facere: pauca enim ad destruendum sufficiunt: naturaq; in malum prona est magis quam in bonum. Et, ut inquit Aristoteles ad destruendum sufficit unum, ad construendum requiruntur plura: igitur malum etiam est certius bono, quia est de necessitate naturæ, ut mors, bonum autem non ita,

## Caput

*Caput septimum in quo mouentur nonnullæ dubitationes aduersus ea quæ in priori capite dicta sunt.*

**Q**uoniam, ut in primo posteriorū dicitur, quamdiu aliquis dubitat de aliquo, illud nescit: utq; docetur;. Metaphysices dubitans est similis ligatis: Cumq; ita adhuc supersint circa dicta in priori capite, dubitationes, ideo eas uolo mouere, deinde iuxta uires me Prima dubias soluere. est itaq; prima dubitatio tatio contra lis: dictū est in una responsonū, quāquā responsonē plurima miraculorum quæ leguntur fa ad septimā. Cta in ueteri & nouo Testamento pos sūt reduci in causas naturales, & consimilia possint fieri secundum naturā ueluti ea quæ nos adducimus secundum illos tres modos prius assignatos, qui quidem, ut existimo, non contradicunt determinationi Romanę ecclesię, dictū tamen est aliqua fuisse facta, quæ nullo modo in causam naturalem reduci pos sūt, ueluti mortuorū resurrectio, illuminatio cęcī natī, restitutio claudi, & sic de multis alijs. Verū hęc nō uidetur ueritatem

ritatem cōtinere. In primis quidē apud Plinium 25. lib. cap. 2. sic scribitur: Xantus Historiarum author in prima earū tradidit occisum Draconis catulū reuocatum ad uitā à parēte herba quā Balim nominat: eade inq; Tillonē quē Draco occiderat, restitutū saluti. & Iuba in Arabia herba reuocatū ad uitam hominem tradit. Idēq; Plinius paulò pōst ex multorum grauiissimorū authorū sententia dicit nihil esse quod nō herbarum uī effici possit. multæ quoq; historiæ gentili um testantur multos ex inferis esse reuocatos. Nā et Plato in 10. libro de Republica dicit quendā Pamphilum reuocatū ex inferis, & incredibilia narrasse que Di gerant. Sūt & alij historiarū scriptores idem affirmantes: quare, si hæc uera sunt, nō tantum Deus potest hoc facere, uerum herba & dæmones, cuius contrarium dictum est. Nō minus uidetur quod solum dæmonum uitute & consequenter uī naturæ cæcus à natuitate potest illuminari, & claudus ad rectitudinē restitui: Suetonius enim in libro quē cōposuit de duodecim Cæsaribus

*Contra miracula.*

lib. 10. in quo scribit uitam Vespasiani  
 Cæsaris, in capite de Miraculis per eum  
 gestis, sic scribit: *Hic cum de imperij  
 firmitate capturus auspicium, ædem Se  
 rapidis summotis omnibus solus intras  
 set, ac propitiato multum Deo, tandem  
 se conuertisset, uerbenas coronasq; &  
 pannificia, ut illic assolet, Basilides liber  
 tus obtulisse ei uisus est, quem neq; ad-  
 missum à quoquam, & iampridem pro-  
 pter neruorum ualetudinem uix ingre-  
 di longeq; abesse constabat. Ac statim  
 aduenere literæ fusas apud Cremonam  
 Vitellij copias, ipsum in urbe interem-  
 ptum nunciantes. Authoritas & quasi  
 maiestas quædam, ut scilicet inopinato  
 & adhuc nouo principi deerat, hęc quo  
 que accessit. E plebe quidā luminibus  
 orbatus, item aliis dębili crure, sedentē  
 pro tribunali pariter adierunt, orantes  
 opem ualetudinis, demonstratam à Se-  
 rapide per quietem, restituturū oculos  
 si inspuisset, confirmaturū crus si digna-  
 retur calce contingere. cum uix fides es-  
 set rem ullo modo successuram, ideoq;  
 ne experiri quidē auderet, extremo hor  
 cantibus*

tantibus amicis palam pro concione utrumq; tentauit, nec euentus defuit. Per idem tempus Tegez in Arcadia instinctu uaticinantium effossa sunt sacrato loco uasa operis antiqui, atq; in ijs assimilis Vespasiano imago, modo hec omnia uidentur esse uerissima miracula: nam hoc ultimum pertinet ad futurorum cognitionē, quod uidentur esse solius Dei, iuxta illud Saluatoris, non est uestrum scire tempora uel momenta &c. illud etiam quod narratur de liberto, consimile est: talia uero duo sunt illa quae probanda proponebantur. Secunda autem dubitatio est quoniam secundum prius inquit Cardan. in lib. de Subtilitate, uidentur aliquid posse aut praescire dæmones, sed ob contemptum multa obliterata sunt: contemptus autem euenit quoniam pleriq; his artibus confisi non solum male periere: sed nihil egregie in arte sua sunt consecuti &c.

dicta, uideat esse concessū nihil repugnat oīa quae in magica dicunt fieri per dæmones, posse etiā fieri per homines, nullo cōcurrente auxilio ipsorū dæmonū, quoniam dictū est dæmones talia facere quoniam applicat actiua passiuis, quae naturaliter

Actorum I.

Secunda dubitatio . Ut

G

raliter

ter cognoscere, cum intellectus agens  
sit omnia facere, passiuus uero omnia  
fieri. Vnde fit ut consimiliter homines  
operari poterunt ueluti dæmones ope-  
rantur: quare tota Magica poterit redu-  
ci in causas naturales, ueluti Zoroaster,  
Alberto referente in quinto suorum Mi-  
neralium, reduxit. Verum istud non ui-  
detur posse stare: sunt enim multa quæ  
nullo pacto ab homine fieri possunt quæ.  
tamcunq; scientiam habeat, siue inquisi-  
tione sua, siue ex libris: & absq; diuinæ  
auxilio, uel angelico, uel dæmoniaco  
hæc fieri nullo modo possunt. Hoc autem  
ex multis probatur, primo quidem de  
oraculis & responsis deorum gætilium:  
hoc enim neq; ad herbas neque lapides  
neq; aliquod carēs intellectu, neq; hoc  
reduci potest ad humanū intellectum,  
quoniam multotiens simulacra inani-  
mata dabāt talia responsa. amplius, quo-  
niam prædicebat futura, rememorabant  
præterita, nunciabant quæ in remotissi-  
mis partibus fiebant, occulta manifesta-  
bant: hæc autem per homines minime  
fieri possunt. Amplius, ut referunt histo-  
riæ,

*Oracula ex  
solis demo-  
nibus.*

ritæ, non solum gentilium, uerum etiam  
 legis Mosaicæ & Christianorum, bestiæ  
 multoties locutæ sunt uoces humanas,  
 & secundum determinata idiomata, ut  
 Valerius Maximus, Eutropius, Liuinus,  
 innumeriq; alij authores tā Græci quā  
 Latini affirmant: non uidetur autem in  
 quā causam hæc referri possunt, nisi dæ-  
 mones & angeli admittantur, cū loqui *Cuius sit lo-*  
*tio sit animæ rationalis, & anima huma quutio.*  
 na, saltem existens in homine, non po-  
 test esse in bestia ut tales exerceat opera  
 tiones. quapropter dicemus de his quæ  
 apparuerint subito hominib. in forma spectrorū  
 humana & alloquuti sunt eos, et postea *uaria histo-*  
 disparuerunt: quæ quanquam innume- *ria.*  
 rabilia sunt, in præsentiarum tamen refe Empusariū  
 ro quę Bruto & Cassio, Plutarcho atte- seu lamiariū  
 stante, contigerunt. Sic itaq; in uita M. historiā ui-  
 Brutī scribit Plutarchus: Is itaq; secum de egregiā  
 aliquid reputans sibi ipsi intentus, ali- apud L. Cœ  
 quem ad se ingredientem præsensit: ad liū Rod.lib.  
 introitum aspiciens, horrendā & mon- 29. cap. 5.  
 struosam respexit imaginē corporis seri-  
 ac terrib. lis silentio sibi assistere: interro-  
 gare tamē ausus Brutus, quis inquit ho-

G 2 minum

UNIVERSITY OF LONDON  
WARWICK INSTITUTE

tinum aut deorū es? quid tibi uis? quid  
ad nos uenisti? ad quam murmurauit il-  
le, tuas ô Brute malus genius sum, in  
Philippicis me uidebis. tum Brutus nō  
exterritus, uidebo respondit: & paulò  
pōlit sic scribit: Verūm in ea nocte dicūt  
tetram illam imaginem Bruto apparuī-  
se, quę cum eandem faciē representasset  
nihil dixisse, sed mox abiūsse dicitur. de  
Cassio non minora refert. Et qui de his  
copiosius desiderat & breui sermone,  
legat Valerium Maximum. Proximis ē  
tiam diebus præsentis anni celebris fa-

*Aquila ur=ma est, cū Aquila urbs magnifica Abrus-  
bis ciuibus tij insueta imbrium multitudine patere  
uisa in aere tur, supplicationesq; humiles et deuotę  
imago.* ab eadem urbe sine intermissione fieret  
ad diuum Petrum Cælestinū eiusdē ur-  
bis patronū, (nam honorificè ab Aqui-  
lanis eius uiri sanctissimi corpus tene-  
tur, estq; amplissima Abatia monacho-  
rum eidem diuo Cælestino dedicata) sta-  
tim sensibiliter ab urbe imbrés fugatos  
conspectum est: uisusq; est multoties i-  
dem diuus Cælestinus non clam, non à  
duobus uel tribus, uerū ab uniuerso po-  
pulo.

pulo. Et quis, nisi insanus, neget hæc fieri à Deo aut eius ministris? quid in hoc ingenium humanum certè nihil. ampli Philosophus, quid philosophi cum suis figmentis rum ignorā dicere possent de augurij et ominibus tis. nam si per talia augures de futuris & in cognitis pronunciant, aut aues & reliqua huiusmodi generis sunt eorum quæ pronunciatur causa, aut signa, nō enim nisi his modis hæc fieri posse intelliguntur. at certè nullus dicet esse causas, quoniam nihil stultius aut dici aut excogitari potest. Si uero signa, non est fingere quam similitudinem habeat cornicula ad pugnam Marij, uel Cæsaris, uel cuius uis alterius: nulla enim uidetur inter illa signa & signata esse dependentia. quid enim de hoc aliud dici potest nisi illa fieri ex dæmonum astutia naturæ humanæ insidiantium, & homines ad idololatriam inducentium? Quid de Geomantia omnium uanissima: quid enim puncta paria uel imparia cum Socrate nauigato connexionis habent, quando etiā puncta mathematicalia nullius prorsus actiuitatis uel significatiōis sint huic rei

Augurio  
rum & pre-  
dictionum  
causa.

Germanie  
vanitas.

*Verba &  
characteres.*

attinentis: quid characteres, quid uerba dicta ad ligandū aliquē ad amorem alia cuius, uel ad soluendum ab amoribus, cum uerba & characteres nullam ad rassilia habitudinem uel cōexionem habe re uideantur? Nec rursus ad imaginationem uidetur proficere, quandoquidem stat illos esse ualde remotos, quorū gratia tales præcantationes fiunt. Quid dicemus de uexatis ab immundis spiritib⁹, qui multotiens cum sint literarū iagnari, Græcè, Latinè, & linguis diuersorum idiomatum loquuntur: certè philosophi nihil uerisimile habēt ad hæc. quare necessarium est ad Deum, ad angelos, & dæmones recurrere.

*Caput octauum, in quo ad dictas dubitationes respondetur.*

*Ad 1.*

**A**D hæc itaq; uidere meo, iuxta ea quæ diximus in superioribus nō est graue respōdere. Ad primū igitur dicū ueluti diximus, et est nostrorū Theologorū sentētia, nullā uirtutē creatā, immediate posse aliquē à morte excitare, uerū

uerūm hoc solius Dei est: quodq; addu  
citur per Plinium, in primis dicitur Pli-  
nium neq; illud probare ut manifestū  
est ipsum ibidē legenti, idem Plinius in  
5. capite 7. lib. non solum illud negauit  
in bestijs imò in hominibus, & ultrà in  
quibuscunq; mortalibus, dicitur & secū  
dò fortassis illos fuisse deceptos: nam si Secunda rea  
illud uerè aliquibus uisum est, & non sit sponsio.  
dictum pro fabula, talia animalia non e-  
rant uerè mortua, sed æstimabātur mor-  
tua, ueluti multoties uisum est etiā tem-  
poribus nostris, ut de quodam suspenso  
fure hic Bononię, de mulierib. prægnā-  
tibus, de correptis ab Epilepsia uel ma-  
gis ab Apoplexia, & in talibus casibus  
non inconuenit tales herbas proficere,  
& multa alia ingenia à natura ordinata.  
quod aut̄ addit̄ & de Pamph. & de mul-  
tis alijs relatis à gētilibus, dicit̄ uel quod̄  
illa sunt fabulosa & poëticè dicta ad ho-  
minum instructionem, ueluti existima-  
mus illud Pamphilius: Socrates e-  
nim ibi instruxit uulgares & plebē qui  
ad bona opera non trahuntur nisi ex  
spe præmij, & à malis non retrahuntur

**nisi timore pœnæ.** & secundum eūdem Socratem in secundo de Republica, in tali casu licet mentiri uel fingere: Sc̄ quo la nanq; dicebat: expedit in religione ciuitates ialli, ut de eo refert Augustinus 27. capite libri 4. de Ciuitate Dei Vel dicitur, si non sunt fabulosæ, non tamen talia animalia erant extincta, sed existimabantur esse, & ex aliquo ingenio reuixe

**Responsio 3.** runt. Tertiò dicitur, quod & si sicut uera Gentiliū miracula à Deo resurrectio, non tamen fuit ex dæmonibus, uerū ex ipso Deo: nihilq; uētat eos facta.

suisse paganos & gentiles: nam teste diuino Thoma in articulo 5. quæstionis de miraculis ex sententia Augustini, & Deus pro ueritate aliquando in gentilibus miracula fecit. Quod autem adducitur de miraculis per Vespasianum factis, dicitur primò, teste Augustino cap. 6 24 libro de Ciuitate Dei, non necesse est nobis credere quæ tenent historiæ gentiū. Dicitur secundo quod ille non erat uerè cæcus, neq; uerè ille claudus, sic quod eorum ægritudines naturaliter non essent curabiles: contingit enim aliquem nasci habentem in oculis talem humorum ue-

rem ueluti est cataracta seu suffusio, & aliquem claudum ex aliquo principio impediente gressum, quod naturaliter corrigi potest, & credendum est illos à Vespasiano sanatos, fuisse talis dispositionis: neq; hoc est contra experientia, quandoquidem ista sæpiissimè cernuntur: & Herodotus historiarū author refert Crœsi regis filium à nativitate mutum, ex timore mortis paternæ uincula dissoluisse, et uocalem inde factum esse: non enim ægritudo illa erat ex natura incurabilis. de alijs autem duobus miraculis, ut uidelicet de maiestate Vespasiani inuenta, & liberto suo, dicimus illa esse inuenta dæmonum, qui talia operari possunt. Ad secundam autē dubitationem dicimus illa argumenta concludere ueritatem in casibus illis: quare, dictū est à principio, quod quanquam philosophi in aliquibus uideantur posse dæmones evitare, non tamē uniuersaliter, sicut manifestum in casibus illis: neq; tota magica est naturalis, sed tantum pars ralis quæ sit. illa quæ est de occultis naturæ operibus: quæ pro tanto magica dicitur, quoniam nisi à

Ad 2.

**D** nisi à viris sapientissimis intelligitur: & cultissima enim sunt sapientū, ut dicitur in prohemio Metaphysicæ, & magus lingua Persica sapiēs interpretatur. Authoritas autem Zoroastris in hoc non est admittenda, quandoquidem manifestè aduersetur diuinæ authoritati, quæ in infinitum humanam excedit.

D Plato magicam appellat incantationē, orationē, cui insit uis à deo, & ab philosophia ratio, ut audientibus temperantiæ amorem ingenerare queat. Vis etiā qua in se ipsum conuersio fit, omnium est efficacissima excantatio.

Caput nonū, in quo ponitur grandis dubitatio oratum habens ex prædictis: An Aristoteles ignorauerit dæmones & angelos.

**V** Erū, præter ea quæ dicta sunt, insurgit apud me magna dubitatio, quam utinam scirē soluere. eā tamē intēdo adducere, quoniā dubitatio ex toto nō est expers sciētię: neq; aliqs uerē scit, Dubitare qd. nisi prius dubitauerit. Secūdō eīm poste conferat. riorū, quæstiones sunt æquales numero his quæ scimus: & quanquā nos nō æsti memus ei dubitationi ad plenū satisfacere, credimus tamē alq; futuros post nos,

nos, q̄ ei magis satisfaciēt: Sciētię enim  
fiūt p̄ additamēta, ut 2. Metaphysices &  
in fine 2. Ethicorū scribitur. Dubitatio  
autē hæc est: quoniam dictū est in fine  
præcedentis capituli, omnia illa quæ ad  
ducta tuerūt, planè & efficaciter p̄bare  
angelos & dēmones es̄t, et (ueluti in re  
surrectione dictū est) Deū immediate a-  
gere & de nouo: modo mirū est ac mō-  
struosū, tātū philosophū, qualē omnes  
natiōes uno ore Aristotelē fuisse cōfitē-  
tur. istud nō uidisse, & apertē hæc negaſ  
ſe: istud profecto uidet̄ esse incredibile,  
quādogdem & uulgares & non uulga-  
res paſſim dicāt ista probare, eſſe dēmo-  
nes, neque Aristoteles excusari de hoc  
poſſe uideſt, ſcilicet quoniā tunc ista nō  
erant ſibi nota, neq̄ de ijs aliquā habue-  
rit phantasiā: hoc enim minimē dici po-  
test: primò quoniā in poēſi ſua Home-  
rū, Euripidē, Pindarū, Simonidē, Hefio-  
dū, & ferē infinitos authores memorat,  
quorū libri oraculis, diuinationibus, &  
reliquis huiusmodi generis pleni ſunt  
omnes. etiam historiæ Græcorum, Lati-  
norum, & Barbarorum talia narrant: &  
quod

quod amplius est, Plato quem tradunt historiæ Aristotelē audiuisse per uirginis annos & amplius, ubiq; his dæmonibus est plenus, suum Socratem sequēs: omnesq; illustres Platonici idem affirmant: necq; etiā Aristoteles ipsum ex toto neglexit. Tertio enim de historijs animalium cap. 20. ubi de capro laciatē sermonem habet, ibi de oraculis & de divinationibus, & manifestē in 3. Rhetorice & in plerisq; alijs locis, mentionē fecit: de ueneficis in ciudē operis libro 6. cap. 22. de carminibus & de incātationibus 24. cap. 8. lib. eiusdē: de augurijs autem cap. 1. noni lib. eiusdem 17. quoq; cap. eiusdem noni sittæ auiculæ rem maleficam attribuit. Nono etiam capite primi libri eiusdem, sternutamenū ponit augurale signum & sanctū & sacrum: de Sybillis, Vatibus, & dæmoniacis, in primo problemate 21. sectionis, innymetrisq; alijs locis, quos longum eslet referre, idem habetur: quare, propter hoc Aristoteles non uidetur esse excusandus: necq; uidetur huic proficere quod à plerisq; dici solet, scilicet quod hæc nō pertinet

Picus Cinereus apud Gesnerum de Ænibus.

tractauerit, quoniā ea despexit tāquam  
ridicula & inania: in primis quidē, ue-  
luti ipse confitetur, famosum non ex  
toto perit, ut ipse de somno & uigilia  
dicit: hæc autem semper fuerunt famo-  
sa in omni seculo, ut patet etiā apud He-  
bræos, Aegyptios, Syrios, & unam quā  
que nationem, habent hæc occultissi-  
mam & admodum difficultem solutio-  
nem, & à naturali philosopho non sper-  
nendā. amplius quomodo ipse Aristoteles  
se penſiero arguit ipsos antiquos:  
uel igitur illa sunt, uel non sunt: si sunt,  
suum erat reddere rationem: si nō sunt,  
cum tam celebre erat ista esse, saltem de-  
buit deſtruere illa esse, et manifestare un-  
de hæc habent originem, & cur commu-  
niter homines uniuersaliter ista ponūt:  
hic enim est effectus naturalis, & cau-  
ſam habet, uidelicet, non existentibus i-  
pſis dæmonibus, cur est quod omnes  
homines ferè unanimiter concedunt i-  
psos: hoc enim est non minus quælibile  
quā quoduis aliud problema positum  
ab eo in libro problematū, & forte ma-  
gis desideratum quocunq; alio proble-  
mate:

mate: hæc enim uidetur summā rei humanae. quapropter tantā rem prætermittens Aristoteles, magna nota non uidetur carere.

*Caput decimum, in quo ad propositam dubitationem respondetur.*

**S**atis uereor, cum tantam rem aggredi tentem, ne nomen temerarij iubeam, & supra uires præsumere uidear. Verum amor meus & obseruantia quā à teneris etiam annis erga Aristotelem habui impellunt, ad tui defensionem hęc paucula in mediū adferre: quæ tam & si ex toto difficultatem non euacuabunt, meam saltem in eum obseruatiam & charitatem monstrabunt: & enim in magnis uoluisse sat erit. Tria igitur in hac refacere institui: primo quidem, quid Aristotolem mouerit dæmones siue hos spiritus immūdos negare, imò & omnem substantiā innaturalem quæ cœlos non moueat: pro nunc dimittamus humanam animam, quandoquidem ipsa simpliciter non sit innaturalis.

*Tria proposita.*

turalis. Secūdō, qmodo sine dēmonib.  
potest Aristoteles ipse experimenta sal-  
uare. Tertiō quid est in causa quod Ari-  
stoteles nihil de his dixerit, aut satis ie-  
junus pertransierit. Primū itaq; aggredie-  
tis, dicimus quod cū Aristoteles ex <sup>Arist. cur m</sup>  
sēsibilibus in insensibilia pcesserit, uide <sup>dēmones ne-</sup>  
ritq; ex sensibilibus hēc insensata proba <sup>gauit uel omi</sup>  
ri non posse, & hēc principijs naturali-  
bus apertē aduersari, ideo audacter hos  
dēmōes negauit: nulla enim apud ipsā  
fuit ratio ex sensatis probās ipsos esse:  
uerum ipsos esse, saltem ueluti à uul-  
garibus ponitur, rationi repugnare. nā  
pro esse & operationibus corporum  
cœlestium non sunt ponendi, quan-  
doquidem intelligentiæ, eorū corpo-  
rum formæ, sufficiant: imò si poneren-  
tur pro corporibus cœlestibus, essent ip-  
sis impedimenta, ueluti si uni homini uel  
uni alino duas animas darem⁹ nec pro  
aliquo alio immateriali introducendi,  
ueluti leges ponūt, que innūerā multitu-  
dinē min. strantiū Deo esse dicunt, quo-  
niā hoc persensata neq; per naturale ra-  
tionem est sensibile: ponūt aut̄ propter  
quosdā

quosdam effectus, quos uident in isto  
mundo inferiori qui numerati sunt, ut po-  
te pro oraculis, diuinationibus, ominib.  
augurijs, & deniq; pro ceteris huiusmo-  
di generis, ueluti & ponentes confiten-  
tur. Verū hic modus siue necessitas po-  
nēdi uidetur esse satis irrationabilis, ua-  
na, & nullius prorsus momenti: quoniā  
ita loquuntur de ipsis substantijs & im-  
materialibus, ac si essent homines: quod  
remotissimum est à philosophia, ut ma-

*Homo quid nifestum est: nam homines sunt morta-  
les, mente & corpore mutabiles, existē-  
tes quasi secundum utranc; partē in cō-  
tinua transmutatione: quorum nullum  
de substātijs immaterialibus dicere pos-  
sumus, uelut lex 8. Physicorum & secun-  
do de cœlo demonstratum est. Quomo-  
do enim immaterialia, & æterna de no-  
uo possunt intelligere & desiderare: quo-  
modo à rebus moueri possunt: quo-  
modo gaudere & tristari: & sic de reli-  
quis, que omnia passionem & corrupti-  
bilitatem argumentantur. Quomodo  
etiam possunt nos alloqui, nostras audi-  
re uoces, nostra uidere opera; & reliqua  
huius-*

huiusmodi, quæ deliramenta esse uidentur: sicut etiam ferunt Cassium Bruto dixisse, cum Brutus eidem Cassio narravit de malo genio ab eo uiso. quapropter tum ex his quæ retulimus, tum etiā ex multis alijs quæ hinc inde ab Aristotele dici possunt, tales immūdi sp̄iritus neq; etiam boni, pr̄eter eos qui mouent corpora cœlestia, Peripateticis sunt admissi. & hæc de primo propositoru. hæc autem intelligantur, si dæmones nō ponuntur esse animalia aërea, mente passibilia & rationabilia, qualiter Apuleius in libro de Deo sacratis posuit: sic enim posito ratiōes hæ nihil cogunt. Verūm Aristoteles 3. de anima hāc opinionem impugnat, & ecclesia hoc damnat: quoniam Lucifer natura est prima creatura-  
rum, uel saltem inter primas. quare, si intelligentiæ sunt in corporeæ, & dæmo-  
nes. Verū cum Peripatetici hoc nō ad-  
mittant, quomodo igitur experimenta  
saluabuntur? quod erat secundum de-  
clarandum: mihi autem non uidetur tu-  
tum neq; sine uerecundia dictum, quod  
plerisq; dici solet hæc experimenta ne  
Lucifer.

H gantibus

*Opinio di-  
bita.* gantibus, hæc scilicet esse ab hominibus  
cōficta, uelut Aesopi apologi, ad plebis  
instructionem: uel quod sunt sacerdotū  
aucupia ad subripiendas pecunias, &  
ut in honorē habeantur. quod si aliquid  
in his operibus apparet perfectè, sunt  
præstigiationes & illusiones, ueluti cō-  
tinuè uidemus in istis percursoribus &  
præstigiatoribus, qui uidentur miracu-  
la facere, cū re uera nihil faciant nisi pe-  
cuniarum subreptionē à credulis & sim-  
pli cibis hominibus: ego inquam hanc  
sententiam nō approbo, quādoquidem  
uiri grauiissimi, doctrina eminentissimi,  
& noui & ueteres, tam Græci quam La-  
tini, ac Barbari moribus, hæc uerissima  
esse affirmant: quare sic dicentes, omni-  
no audiendi non sunt: Verūm hi decipi-  
untur, cum aliquando hæc fabulosa cō-  
perta sint, & aliquando uisæ sunt illusio-

*Ex particu-  
larī nō infer  
tur uniu-  
er-  
sale.* nes, ex particulari uniuersale intulerūt:  
quod ex Dialectice imperitia proueni-  
tur uniuer- re manifestum est: neq; enim si aliqua i-  
storum talia sunt, falsa sunt omnia: neq;  
si aliqua eorum quæ referuntur, uera  
comperiantur, existimandum est om-  
nia esse

nia esse uera. Vtrumuis horu ex eadem  
 deceptione procedit. Supposito igitur  
 hæc fore uera in aliquibus, & maximè  
 ea quæ à fide dignis authoribus referun-  
 tur, temptandum est addere absolutio-  
 nem istorū: illud tātum in primis præfa-  
 tum esse uolumus, siue, ut usitatori uo-  
 cabulo utar, illud protestamus, uideli-  
 cet minime nos hāc solutionem esse ue-  
 rā tenere, uerum tātum dicimus quod  
 sententia nostra ex principijs Aristote-  
 lis ad talia dicere possumus: prius tamē  
 quædā præsupponentes, per quæ ad di-  
 cta experimenta respondere possimus:  
 Primò itaq; supponamus Deū esse cau-  
 sam uniuersalem omnium materialium *Suppositio I.*  
 & immaterialium, & sic uim gerere cau Deus causa u  
 sarum finalis, efficientis, & exemplaris, niuersalis om  
 quæ ad causam formalem reduci solet. *nium.*  
 Suppositio patet ex Aristotele in 12. Me-  
 taphysice, et primo de cœlo ubi dicitur:  
 à primo enim ente deriuatum est omne  
 ens, his quidem clariss, illis uero obscur-  
 ris: & Deus proponitur mundi archetypus & ab Aristotele & à Platone: quæ  
 Boetius, de cōsolatiōe metrīce cecinit:  
Authoris protestatio.
Deus mundi archetypus.

Tu cuncta superno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse mundum mente gerens, similique in imagine formans. Nunquid autem cum secundum Aristotelem mundus sit eternus, ueram habeat causam efficientem, an potius cōseruantem, alienum est huic nostro proposito. Secūdō supponitur quod omniū corporaliū & corruptibiliū homo est supremū & omnium nobilissimū: hæc non minus patet ferè ex omnium philosophorum concessione. Aristoteles namque physicorum secundo dicit, sumus enim nos quodammodo finis omnium: & omnia materialia sunt ordinata à primo opifice in seruitutē hominis: quare infertur naturaliter omnia materialia ab homine depnedere: ordinatum enim ad finem, dependet à fine, ut manifestū est. Tertiò supponitur, quod sicut quæ sunt post hominem dependent ab homine, ita in tota natura humana aliqui homines dependent ab alijs: & una multitudo ordinatur in unum uel in minorem multitudinē: hæc suppositio patet experimento et ratione: Videmus enim in

*Suppositio 2.*  
Hominis nobilitas.

*Suppositio 3.*  
Hominum in uicem dependentia.

enim in uniuerso Imperatores, reges, duces, principes, optimates, & reliqua huiusmodi generis, q̄ principantur & imperant: alios uero qui seruant & obediant: & hæc ferè uniuersaliter per totū orbem. istud quoq; non minus ratione apparet, quandoquidem homo est animal gregale & ciuile: uidemus autē natūram ut in pluribus dedit ducem, ut apibus, gruibus, coturnicibus, & reliq; huiusmodi generis, quanto magis homini qui rationem habet: quare & locutionem dedit, quæ omnibus alijs anima libus denegata est. Et quoniam homo, ut dicitur secundo de cœlo, inter omnia mortalia plures habet operationes & plurimas potentias, ideo multis indiguit: Cunq; ut Aristoteles & Plato in suis politicis dicunt, diuersæ secundum speciem operationes melius perficiantur à diuersis artificiis, quam si ab uno solo fiant, sicut est de instrumētis: nā melius ars sutoria perficitur ab illo qui tantum arti sutoriæ intendit, quam ab illo qui artem sutoriam & calceorum exercet: hinc est quod pro natura humana con-

H 3 seruan

seruanda, oportet etiā diuersos hoīes ad  
diuersa officia deputatos esse imò diuer-  
sas etiam nationes: Itali enim dāt aliqua  
Germanis & Gallis exempli gratia, &  
Germani & Galli aliqua dāt Italī: & sic  
de reliquis dicāt: hoc enim modo perfi-  
ciēt mūdus, & stat in sua pulchritudine:  
quōd si aliter uariet, pulchritudo & uni-  
uersi pertectio corrūperetur, ut satis no-  
tū est, & ex infinitis authoribus posset  
probari, quos omitto.

Quarto supponitur, quod quāuis ho-  
mines sic adiuicē se adiuuenūt, ut quod  
Rex est utilis subdito, & subditus sit Re-  
gi utilis, et sic de alijs omnibus: neq; e-  
nim Rex posset cōstare sine subditis, ne  
que subditi sine Rege: aliter tamē & ali-  
ter Rex est utilis subdito, et subditus  
Regi: qniā maior est dependētia subditi  
ad dominū & Regē, quā Regis ad ser-  
uū & subiectū: suppositio potest decla-  
rari per dicta Platonis & Aristotelis in  
suis politicis, ut patet inspicienti eorū li-  
bros: tamē cōmodissimē potest nūc ma-  
nifestari per apologiā quā habuit Mene-  
nius Agrippa ad plebem, ut refert Plu-  
tacius

Supposi-  
tio 4.

Et Valerius  
Max. lib. 4.  
capite 4.

tarchus in uita Martij Coriolani: totam enim rem publicam assimilauit uni intergro homini, senatum uero cordi, residuum autem alijs membris pro sua uniuscuiusque dignitate: modo in hoc uno manifestum est cor non posse aut bene posse suum officium exercere, sine alijs membris: neque etiam alia membra sine corde. Verum & manifestum est quam ita sit, magis tamen, secundum Aristotelis sententiam, alia membra dependunt à corde, quā cor ab alijs membris: hinc est quod cor est primum quod uiuit. & ultimum quod moritur, ut 3. de partibus animalium cap. 4. dicitur, quare si similitudo est recta, magis subjecti dependent à dominante, quā dominus à subiectis: ex quo infertur, cū Deus omnium horum sit gubernator & conservator, maiorem curā habere de regibus quam de subditis, de dominis quam de seruis, de bonis quam de malis, de doctis quam indoctis: quanquam omnium curam & prouidentiam habeat: intendens namque finem & ordinata ad finem, quanquam utrumque

Reipub. ad  
corpus affi-  
milatio.

H 4      inten-

*Intendens finem, intendit etiam ordinata ad finem.* intendat, magis tamen finem intendit quam ordinata in finem quoniam ordinata in finem intendit propter finem: et propter quod unumquodque tale, & illud magis.

*Suppositio 5.* Deus sic sit omnium causa, penes tamē Quid secūdū Aristotelem nihil operari ualeat in hoc Arist. Deus sublunari mundo nisi mediantibus corporibus cœlestibus tanquam instrumentis per se & necessario requisitis ad fabriplatonis Titionem & conseruationem horum submæum Chal-lunarum: suppositio patet ex multis, tūc diuidius est, tol quoniam Aristoteles existimauit hunc li ab Aristot. ordinem essentialiter esse & per se, & diuinatiōem quod ab agēte omnino immateriali non omnem, quā potest in hæc inferiora aliquis effectus donec præ- prouenire nisi mediante corpore medio noscantur futura, quippe quū ad lunæ tantum regionem, Dei prouidentiam perducat. infra uero nulla esse prouidentię scita uel angelos, uel dæmones. Mediatorem uidetur adumbrare Aristot.

inter æterna & generabilia & corruptibilia, ut patet 8. physic. 2. de generatione, & infinitis alijs locis. non minus & supp ositio apparel ex his quæ legimus ex histo

**ex historijs**, sine quibus impossibile est esse aliquem perfectum in naturali philosophia. & quanquam infinita huic de seruientia possem adducere, paucis tamē ero contentus, ut per hæc ad alia deueniamus: quod enim corpora cœlestia omniumistarum operationum causæ sint aut totales, aut partiales, aut cogenentes aut disponentes, respondeat mihi asserens oppositum: Vnde enim aruspex Spuria admonuit Caiū Cæsarem ut caueret periculum, quod non ultra idus Martias proferretur? Vnde Iulius Marathus antequam nasceretur Augustus Cæsar S. P. Q. R. prædixit naturam citò parituram regem populo Romano? Vnde P. Nigidius accepta eiusdem Augusti genitura affirmauit dominum terrarum orbi natum? Vnde etiam Scribonius Mathematicus Tiberio Cæsari sciuit prædicere quandoq; ipsum esse regnaturum. Vnde quæso Mathematicus ille Tiberio Cæsari prædixit Galbam aliquando imperaturum, cum tamē Galba non esset ex familia Aeneadū, ne p; a liquid erat per quod illud de Galba cōiectari

*Historiarum  
utilitas.*

*Corpora cœlestia quomo-  
do istorū in-  
feriorum sint  
causæ.*

*Prædictiones  
uarie.*

*Val. Max. lib.  
8. capite II.*

*Suet. lib. 2.  
in fine.*

ieclari posset: Vnde Seleucus Mathe-  
maticus Othoni Cæsari, superstite Ne-  
rone, promisit imperium: Vnde Mathe-  
matici cognita genitura Vitellij Cæsa-  
ris, ita parentes terruerunt, ut filio ad-  
modum, ne exitum infœcissimum  
quaiem habuit, metuerint: Vnde lo-  
sephus Hebræorum nobilis Vespafio-  
no Cæsari prædixit eum Romæ impe-  
raturum, & ipsum Iosephum ex uincu-  
lis liberaturum: Vnde Ascletarion  
Mathematicus Domitiano Cæsari tam  
certam sui & Domitianī necem prædi-  
xit: infinitos prope alios ex Plutarcho,  
Liuio, Iustino, Valerio Maximo, & a-  
lijs grauiissimis authoribus in medium  
adducere possem, quos silentio pertran-  
seo, sed de his tantum, quoniam magni  
imperatores fuere, de quibus, ut dixi-  
mus maioris curæ est apud superos, mē-  
tionem feci: Et certè uidebis hæc tam  
certa non suisse pronunciata nisi ex A-  
strorū peritia, & ut cognoscas superos  
in hæc inferiora non operari nisi medi-  
tur in hæc in antibus corporibus cœlestibus. Verum  
feriora medi & corpora cœlestia nō solū sic dirigunt  
homines,

Suetonius  
lib. 12.

Deus opera-  
tur in hæc in  
feriora medi

homines, uerum etiā manifesta indicia *antibus cora-*  
 futurorum euentuum dāt hominibus, *poribus cœ-*  
*modo in somnijs, modo in uigilijs secū-* *lestib.*  
*dum apparitionem diuersarum figura-* *Signa futu-*  
*rum, ut infinita exempla de somnijs ad-* *rorum euen-*  
*ducere possem ex Plutarcho & infinitis* *tuum, unde.*  
*alijs authoribus, quæ omnia prætermi-*  
*to: & secundum etiā diuersas operatio-*  
*nes in uigilia, ut declarant tot & tātē hi-*  
*storię. nō minus etiā fiendorum corpo-*  
*ra cœlestia dāt signa in hominibus, uerū*  
*& in bestijs, ut loquātur, ut nō comedāt:*  
*uelui est illud apud Suetoniū de equis*  
*Cæsaris quos uagos & sine custode mi-*  
*serat: dant in aere, ut uoces audiantur, a-*  
*ues appareāt: dāt in aqua, dāt in terra: &*  
*reliqua quæ infinitum esset prosequi: et*  
*qui delectatur in historia, hæc omnia no-*  
*uit. Neq; tantum ex horum peritia sciū-*  
*tur futura, uerum præsentia & præterita:*  
*ex quibus concluditur, omnem effe-*  
*ctum hic inferius aut per se aut per acci-*  
*dens reduci ad cœlum, & ex peritia cor-*  
*porum cœlestium miranda & stupen-*  
*da posse cognosci & pronunciari: qua-*  
*re Plato aperte in Phædro posuit artem*

*Corollarium**Plato sciētiā  
diuinandi ap-  
probat.*

august

augurandi esse scientiam, & in Timeo  
artem diuinationis esse ueram sciētiam:  
quanquam sint scientiæ admodum dis-  
fīciles: idemq; dicit in multis alijs locis,  
uultq; in Repub. bene ordinata esse hu-  
iūsmodi artes & scientias, & sic secundū  
mentem philosophorum patet hęc sup-  
positio. Huic autem quintæ suppositio-  
ni annectitur sexta, quae est hęc: Quòd  
ueluti reperiuntur homines qui astrorū  
peritiam, auguriorum omniū, somnio-  
rum, & reliquorum huiusmodi generis  
habent ex scientia librorum, experimē-  
to, doctrina, uel aliquo huiusmodi, sicut a-  
liquando reperiuntur, qui munere deo-  
rum & corporum cœlestium absq; exer-  
citio & labore talem cognitionem ha-  
bent, & mirabilia faciunt: quare uulga-  
res, & qui rerum causas non cognoscūt,  
credūt homines tales esse demoniacos,  
uel sanctos sic natos ex materno utero  
uel extra uterum maternum: ut uerum  
dicāt, tales homines hoc habere mune-  
re decorum, uerū m̄ediantibus corpo-  
ribus cœlestibus. Suppositio, quanquā  
uulgaribus incredibilis uidetur, apud  
tamen

*Supposi-  
tio 6.*

*Nasci inter-  
dum uates  
& similes.*

tamen philosophos est nota. Plato nāq; in Menone dicit poētas nasci : cuius signum est: quoniam multoties quę dicunt ignorant. in Phadro idem dicit de Vatis, Sibyllis, Auguribus, & reliquis hū insmodi generis, & quod à furore ducū tur & sunt exstatici. In Ione ubi Plato de furore poetico tractat, sic Socratem lōnem alloquenter introducit : Video ὁ Io, & quod mihi id esse uidetur, tibi aperire incipiam. Ut bene de Homero loquaris, ars tibi non præstat, ut modo dicebam, sed diuina uis est quæ te mouet, sicut in lapide quem Magnetem Euripi Magnetis uis des nominauit, nōnulli Heraclium uo, & collatio. cant. Qui lapis non solum ferreos annulos trahit, sed uim etiam annulis ipsis infundit, qua hoc idem efficere possint, ac perinde ut lapis alios annulos trahere. Vnde longa plerunq; concatenatio ferrī, & annulorum inuicem pēdet, & omnibus his ex illo lapide uis attrahitur. Ita Poetarum or ipsa musa poetas diuino instinctu concitat, poetæ conciti alios furore corripuit. Quare ex his omnibus series ipsa contexitur. Omnes itaq; carminu poe-  
tæ insi-

tæ insignes, non arte sed diuino afflatu  
 mente capti, omnia ista præclara poemata  
 canunt: & ut Corybantes nō sana mē  
 te saltant, ita neq; cantilentarum motula  
 tores egregij sana mēte hos cantus effin  
 gunt: sed ubi in harmoniā, & rythmum  
 insurgunt, & rapti bacchantur, quemad  
 modum bacchantes fœminæ, mentenō  
 sana, mel & lac ex fluminibus hauriunt,  
 sana autem mente haurire nequeunt, idq;  
 tum efficit illorum animus qui catus et  
 singunt, quod ipsi narrant. Aiunt enim  
 nobis poetæ, quod à fontibus quibus  
 mel scaturit, haurientes, et à musarum ui  
 ridarijs collibusq; decerpentes carmina  
 ad nos adferant, quemadmodū mel ex  
 floribus apes, & instar apū uolare sedi  
 cunt. Qua in re uera loquuntur. Res ex  
 nim leuis, uolatilis, atq; sacra poeta est,  
 neq; canere prius potest quam deo ple  
 nus, & extra se positus, & à mēte aliena  
 tus sit. Nā quamdiu mente quis ualeat,  
 neq; fingere carmina, neq; dare oracula  
 quisquam potest. Et multis interpositi  
 idem Socrates dicit: ob hanc uero causam.  
 Deus illis mentem surripiens, i  
 psis

Poeta quid  
sit.

p̄sis tanquam ministris utitur, oraculo-  
 rūmque nuncijs, & diuinis uatibus, ut <sup>Amentes f.</sup>  
 nos qui audimus percipiamus non eos <sup>unt Vates.</sup>  
 esse qui tam digna referunt, cum suę mē  
 tis compotes minime sint, sed hæc De  
 um loqui, & per hos nobis hæc incla-  
 mare. Huic autem rei euidentissimo ar. <sup>Tynnichus</sup>  
 gumento esse potest Tynnichus Chal. poeta.  
 cidensis, qui antea poema nullum me-  
 moria dignum composuerat: hymnum  
 autem in Apollinem quem omnes can-  
 tant, omnium fermè cantilenarum  
 pulcherrimum, musarum inspiratio-  
 ne inuenisse se dicit. In hoc maxime  
 Deus ostendisse uidetur, nobis dubi-  
 tandum non esse, quin præclara hæc  
 poemata, diuina deorumque potius  
 quam humana hominumque sint o-  
 pera. Poetæ autem nihil aliud sint, <sup>Poetæ deorū</sup>  
 quam deorum interpretes, dum sunt <sup>interpretes.</sup>  
 furore correpti, à quocunque tandem  
 numine quis corripiat. Quod quidem  
 Deus ostendere uolens, de industria per  
 ineptissimū poetā, pulcherrimā cecinit  
 melodiā. & quę sequuntur, eandē sententiā  
 manifestant. <sup>H</sup>uic sententię in totū  
 conso-

consonant quæ dicuntur ab Aristotele  
 30. particula problematum; problema-  
 te primo de Sibyllis, Bacchis, & univer-  
 saliter de his qui diuino spiraculo insi-  
 gari creduntur, exemplūc simile Tyn-

*Marcus Sy*nicho Chalcidensi ponit de Marco ci-  
 racusano, qui præstātior erat dum  
 mente alienarecur, firmatur insuper hæc  
 suppositio ex prophetis, qui non tan-  
 tum à lege nostra admittuntur, uerūm  
 ab omnibus nationibus, ut manifestū  
 est exercitatis in historijs. Idem non mi-  
 nus patet per eos qui à primū ortu  
*Infans sta-* suo locuti sunt & prophetizauerūt, ue-  
*tim locutus.* Iuti de puer nato in Saguntinorū exci-  
 dio per Annibalem facto. Quòd si dica-  
 tur hoc arte dæmonum fuisse factum,  
 quid dicemus de Haly Abenragel, qui

*Haly Astro-* experientia syderum sciuit prædicere  
*logus:* puerum natum statim prophetaturum.  
 ut refert Conciliator in expositione 27,  
 problematis undecimæ particulæ, &  
 multornm aliorum: Nonne multotiens  
*Bruta pro-* auditii sunt boues prophetasse, & cetera  
*phetasse.* animalia: ut in uita Marcelli refert Plu-  
 tarchus, & multotiens hoc apparuit: &  
 ueluti

ueluti refert Albertus in suis mineralibus, lapides multoties figurat diuersis animalium figuris, & quidam habet uitatem diuinationis, quidam pandendi secreta, & de innumeris alijs quae ab Alberto ex grauiissimorum uirorum authore ponuntur. Quanto igitur magis hoc dici potest de homine, qui est medium inter aeterna & corruptibilia, & magis susceptius talium impressionum? Amplius, quid dicemus de sonijs quae sunt manifestissima numinum admonitatis sunt enim tanta & tot, ut, si quis uellet ea singillatim scribere, tota uniuersa charta non sufficerit: de quibus Plutar- chus in uita Luculli, refert Lucullum cōsuetum dicere ex Scyllæ sententia, nil certius, nil credi dignius esse quam quod per somnium fuerit praesignatum: hac ratione in quiete enim animi nostri innumeris figuris effinguntur, per quas presentium præteriorumque admonemur, nulla nostra in haec interueniente aut cogitatione aut occasione. Neque minus nobis uigilantibus haec multotiens nobis apparent ut de somnio, quod de pluribus

I                   bus

*Lib. I. capi bus Val. Max. scribit. Quoties etiā aēte 7.* diuersis variatur figuris animalium, & Aer figura= nō animaliū, ut acies appareāt, & scutus. & omnium armamentorum genera, ut in uita Marij & secundo meteororū legitur, & plerisq; alijs locis: & nemo dubitat hæc à corporibus cœlestibus fieri. Nōne fontes Manasse sanguinem, & statuas guttas sanguineas aliquādo emisisse legimus; ac ueluti lanā aliquando etiam pluissile, & innumerabilia alia quæ in historijs legimus, quæ magnarū rerum prodigia fuissile non dubitamus, quandoquidem magnæ res paruarum sunt fines: & natura est magis sollicita de fine, quā de ordinatis ad finem, Vnde uir nostræ tempestatis nulli postpo

*Iacobus Faber Stapulensis in*  
*ber Stapulen sis.*

*Aegypti peculiare prodigium.* Aegyptum quasi semper in natuitate & in morte magnorum regū & magnarum nouitatum, & mutationibus statuum apparent magna prodigia: Quonia dij & natura gubernant ista inferiora, et ea secundum nutum disponunt pro es-  
se me

se meliori uniuersi: Ut aliquando mit-  
tunt bonos principes, aliquando tyran-  
nos, pro populorū pœna, ueluti Plutar-  
chus in uita Caïj Cæsaris & Marci Bru-  
ti refert. Quare non inconuenit, homi-  
nes tales à cœlis pducí quales dicimus,  
pro uniuersi perfectione & necessitate.

Vltimo supponitur, quod in rebus diffīlē suppositiō  
cilibus & occultis, responsiones magis  
ab inconuenientibus remotæ, ac magis <sup>In difficilibus</sup>  
sensatis & rationibus consonæ, sunt ma  
gis recipiendæ quā oppositæ rationes. <sup>or respōsio;</sup>  
Supposiō patet ex 3. Topicorū: minus  
nanc̄ malum præeligitur maiori malo,  
cū quoquomodo minus malum sit ma  
gis bonū. Et Āuerrois 2. de cœlo ex sen-  
tentia Alexandri ait, sermo Aristotelis  
est magis sustinendus sermonibus alio-  
rum philosophorum, quoniam hic est  
magis remotus à cōtradicōe. His mo-  
do sīc suppositis, tentandum est sine dæ-  
monibus & angelis ad obiecta respon-  
dere: Et quoniam ut dicitur 2. de cœlo,  
opposita iuxta se posita, magis eluce-  
scunt: Ideo ad unumquodq̄ ponemus  
responsiones introducentiū dæmones,

& quid secundum Aristotelē existimamus esse respondeendum. Primum itaque quod tangebatur, erat de oraculis & responsis datis falsorum deorum: omittimus autē Mathematicos, quoniā quod Mathematicus ex genitura hominum corum prædi & multis alijs, ex peritia Astrologiæ cōfitiones quan gnitis, sciat multa prædicere, ut de plūtūm teneant. uijs, siccitatibus, ubertate & sterilitate, de bello & pace, de morte & uita, etiam de actibus humanis secūdum illud quo à corpore dependent, licet non necessaria, uerūm secundum inclinationē, puto legem non negare, ut patet per Augustinū 6. cap. 5. de Ciuitate Dei, & 2. super Genesim ad literā, et in 2. de doctrina Christiana. Verūm difficultas est de responsis datis non ex peritia Astrologiæ uel alicuius alterius scientiæ, sed ut dicitur prouenire ex deo uel angelis, ut apud sanctos uiros & prophetas: uel ex dæmonibus, ut apud Gētiles à lege nostra creditur. Responsio igitur Christiana oracula un norum est, quod oraculo ista facta sunt de habita uel immediate à deo, uel ab eius ministris angelis, & hoc cū adfuit pia & sancta uo-

Cta uoluntas: à dæmonibus autem cum  
 adest uoluntatis impuritas, utpote ido-  
 lolatria. Aristoteles autem (ut existimo) *Arist. opinio*  
 immediate, id est, sine aliquo agente in-  
 termedio Deum in hæc inferiora age-  
 re, (quāquam aliquid, ut in creatione hu-  
 manæ animæ, oppositum teneant) non  
 admitterent: nec secundum Aristotelē  
 hoc est ex imperfectione & debilitate  
 uirtutis diuinæ, cum apud ipsum in se-  
 cundo Metaphys. sit actus simpliciter, Deus quid se  
 cui nulla potest esse admista potentia: a *secundū Arist.*  
 liter enim nō esset actus simplicissimus:  
 quare neq; in eo est aliquid defectus, sed  
 est perfectissimus, completissima latitu-  
 do entis, extra quam nihil est nec esse  
 potest, ut dicit Commentator commen-  
 to 21. quinto Metaphysicæ, & cōmento  
 5. tertij de anima. Solus enim est cui po-  
 tentia & defectus admisceri nō potest:  
 Verūm hoc est defectu ipsius effectus  
 interioris, qui ex sua imperfectione im-  
 mixta perfici non potest: & iuxta illud  
 Platonis in Timæo, non licet purum ab  
 impuro tangi. Vnde ueluti oculus debi-  
 lis nō potest in nocte intueri solem, sed

tantum solem inspicit in lumine debili,  
sic effectus inferior immediate non fit à  
deo super nos, sed tātum mediantibus  
eius ministris. Omnia enim Deus ordi-  
nat, & disponit ordinatè & suauiter, le-  
gemq; æternā rebus indidit, quā preteri-  
te impossibile est. Quod autem deus in  
hēc inferiora immediate nō agat, patet  
ex s. Physicor. secundo de cœlo, & secū-  
do metaph. Quoniam credidit Aristote-  
les Deū immutari, si immediate ageret:  
quo dato, Deus non esset Deus: in eo  
enim etiā secundū leges & ueros philo-  
sophos, nulla prorsus potest mutatio  
uel uicissitudo cadere, ut et testat̄ Iaco-  
bus Apostolus in sua canonica episto-  
la. Primū itaq; modū non admitteret A-  
ristoteles propter causam assignatā. Vi-  
deamus modò de alijs uidelicet de an-  
gelis & dæmonib;: Et dico quod que-  
rendū est quomodo angelī siue dæmo-  
nes dant talia respōsa, an docendo, siue  
instruendo tales uates, aut utendo cor-  
poribus suis ueluti instrumentis, sicut ti-  
bicem per tubam edit sonum, sic etiam  
faciant angelī uel dæmones? Si pri-  
mum

mum datur, quæritur de modo docendi  
uel instruēdi: hoc enim fieri nequit nisi  
conceptus uerborū prolatorū generen-  
tur in anima uatis. Verū huiusmodi a-  
ctio est alteratio saltē perfectiua, quæ se-  
cundū Augustinū nō īmediate potest  
fieri ab angelis neq; à dæmonibus, ut  
ipse dicit in tertio de Trinitate. genera-  
buntur ergo tales species per applica-  
tionē actiuorū ad passiua, & in eis gene-  
rabūt phātasmata. q; phātasmata postea  
causent species in intellectib. eorū. phā-  
tasmata aut̄ sunt cū quantitate & fortas-  
sis cū figura, utputa si sunt rerū uisarum,  
uerum quantitatē non effugient: hæc  
uero sunt in uirtute phantastica quæ est  
extensa, talia igitur phātasmata sient &  
à corporib; motis ab ipsis angelis uel  
dæmonibus, & sic applicatis uirtuti  
phantasticæ. hoc autem dato, cum hoc  
quod uideatur esse satis difficile, uideli-  
cet quod tam uaria corpora phantasie  
uatis applicentur, & tam subito, quid i-  
gitur prohibet & corpora cœlestia mo-  
ueri ab ipsis intelligentijs, & talia in  
phantasia uatis generare: istud enim

uidetur naturale, neq; ponimus aliquid superuacaneum: naturale quidem, quando uidemus beneficio corporum cœlestium, ut sunt instrumenta suarū formarū, omnia hæc inferiora corporalia prædicta, & animas & accidentia, ubi aliqua cum semine & aliqua sine semine, ut genita ex putredine ut etiam lapides cum tot uarijsq; figuris, modò humanis, modò bestialibus, modò unius, modò alterius rei: nec erit superuacaneum in natura, quandoquidem sine illa innumerosa multitudine possimus talia salvare: quare, per ultimam suppositionem, si detur modus iste, magis retinenda est Aristotelis sententia quā alia. Si autem detur alter modus, uidelicet quod uates se habeāt ut tuba ad tibicinem in ordine ad dæmonem uel angelum, tunc quæritur an in uate aliqua cognitio imprimatur uel non, si primum detur, stat prima difficultas, quoniam illa cognitio est alteratio, & redit primum argumentum. Si uero detur quo in uate nulla sit cognitio, uerūtamē est motus localis causans illum somnum, uelut est in tuba uel

Vates quo-  
modo cogno-  
scat.

ba uel in tibia, tunc stant difficultates  
 non minores: prima, quoniam hoc non  
 est uerum, nam tunc uates cognoscit &  
 habet imaginationes, ut etiam ipsi dicunt  
 & in oraculis sanctorum, sancti cogno-  
 scunt se cognoscere & recordantur ne-  
 que sunt adeò extra se ut eorum non re-  
 cordeantur. Secundò, quia si uates tantù  
 habent de motu locali, ergo cum motus  
 localis possit fieri à corporibus cœlesti-  
 bus, & causari in istis inferioribus & in  
 uirtute intelligentiæ, (est enim corpus  
 cœlestis tantum mouens motum & in-  
 strumentum) cur igitur oportet ponere  
 tales spiritus, siue bonos siue malos,  
 quandoquidem sine eis hæc saluare pos-  
 simus, ut docet philosophus: quod si di-  
 catur, intelligentia mouens cœlum nō  
 est in uate, sed spiritus est in uate, quare,  
 non procedit similitudo. Verum queri-  
 tur quomodo spiritus sit in uate, aut ut  
 eius forma propter quam uates est ho-  
 mo, aut sicut motor in moto. Verisimili-  
 ter enim aliquid aliud fingi non potest:  
 non primum, quoniam est merū impos-  
 sibile: Sic enim dicere possumus homi-

Quomodo  
spiritus sit  
in uate.

nē esse hominē per formā aſini, iſmō ma-  
gis, cum homo magis conueniat cū aſi-  
no corporali, quā cū dēmone incorpo-  
rali; & duæ ultimæ formæ ſpecificæ el-  
ſent in eodē uate, & eſſet dæmon & an-  
gelus: quæ non tātum falſa ſunt, uerum  
etiam penitus ridicula. relinquitur igi-  
tur quod ſit in uate dæmon uelut motor  
in moto, quo motor eſt quando iſpum  
mouet. cum igitur cœlum hæc inferio-  
ra mouere poſſit, ergo cœlū dicetur eſſe  
in uate, magis eius intelligentia, virtute  
cuius cœlum mouetur. uerū adhuc for-  
te dicetur, quod ad hoc ut ſpiritus ſic u-  
tatur uate, ut uates loqui uideatur, non  
ſufficit iſpum uatem moueri ab angelo  
uel dæmonе, ſed iſpum tangere: cumq;  
intelligentia nō tangat uatem, uerū ſpi-  
ritus ſic uatem tangit, hinc prouenit, ut  
uates ab intelligentia motus, non emit-  
tat locutionē, ſed motus ſic à ſpiritu, lo-  
quatur profecto iſtud nō uidetur ratio-  
nabiliter dictum: primo difficile eſt in-  
telligere ſic eſſe contactum niſi uirtuale:  
modo & magnes alterans ferrum, quā-  
tumcunque remotum ſit, uirtualiter i-  
pſum

psum tangit. Secundò, intelligētia neq;  
 est corpus, neq; uirtus in corpore, ut o-  
 ctauo physicorū dicitur, quare propriè  
 neq; est in loco, neq; in subiecto. quid i-  
 gitur prohibet & ipsam intelligentiam  
 sic esse in uate: præterea quid habet an-  
 gelus uel dæmon plus quod possit esse  
 in uate & sic mouere, quod etiā dici nō  
 possit de intelligentia: certe isti loqui-  
 tur de istis intelligentijs & corporibus loquendi de  
 cœlestibus, ac si essent homines uel fœ-  
 minæ quæ loco determinantur & mul-  
 ta simul exercere non possunt, cum ta-  
 men unus sol omnia opera lustret suis  
 flammis, & unus Deus totum uariuer-  
 sum gubernet. Quare dato adhuc quod  
 sic mouens uatem, secundum aliquem  
 modū essendi debet esse in uate, qui nō  
 adhuc ab istis est expressus, talis etiā mo-  
 dus attribui potest ipsi intelligētiæ quæ  
 quandoq; sit illic. In uanum ergo ponū-  
 tur tales spiritus, quādoquidē & ipsæ in-  
 telligētiæ tales operatiōes exercere pos-  
 sent, quales & tales spiritus possunt. Vi.  
 Vates unde  
 detur igitur rationabilius esse dicēdum habeāt quod  
 secundū suppositiōes datas, tales uates prædicant.  
 habere

*Abusus  
intelligētijs  
ex corpori  
bus cœlestib.*

habere hoc in genere causæ efficientis,  
ex dispositione corporum cœlestium,  
cuius apertum argumentum, quod Ma-  
thematici uidentes horum genituram,  
prædicunt ex syderibus istos in prophe-  
tas & uates euasuros, ut fecit Haly quē  
supra memorauimus. & multotiens an-  
tequā tales nascantur, mathematici pro-  
nūciant prophetas & uates nascituros,  
ueluti diximus de Augusto Cœsare: Plu-  
**Taruntius** tarchusq; refert in uita Romuli, Tarun-  
uates.

tiū philosophiæ ac mathematicæ in pri-  
mis studiosum, cum Marcus Varro sibi  
dedisset uitam & mores Romuli, sciuit  
horam sux nativitatis dicere, & qua ho-  
ra urbem Romulus condidit, & de ho-  
ris multorum gestorum Romuli: quod  
esse non posset, nisi tales dispositiōes co-  
gnouisset ex syderibus: tales etiam ua-  
tes habēt causam materialem, quoniam

**Dispositio** dispositionem, sunt enim, ut dicitur tri-  
**corporis** cesima sectione Aristotelis problema-  
ad uatem fi tum, melancholici, sine curis, ueluti amē-  
endum. tes, extatici, dumquē uaticinantur, bac-  
cantur & furiunt, ut Virgilius in sexto  
Aeneidos refert de Sibylla Cum ea: Nō  
uultus,

uultus, non color unus, Non comptæ mansere comæ, sed pectus anhelum, Et Enthusias-  
 rabie, fera corda tumet, maiorq; uideri, mus.  
 Nec mortale sonans, afflata est numine Macr.libro  
 quando iam propiore dei. & postea: At 4.cap.1.Sat.  
 phœbi nondū patiēs immanis in antro  
 Bacchatur uates, magnū si pectore pos-  
 sit Excussisse Deum, tanto magis illa fa-  
 tigat Os rabidum fera corda domans,  
 fingitq; premēdo. Vnde, ut relatum est  
 ex Platone & Aristotele de illis duobus  
 poëtis ex sanguineis factis melancholi-  
 cis, ex rudibus poëtis & sanguineis, in  
 clarissimos poetas emersere. At isti qui  
 dæmonium habet, purgata atra bile, ni Atrebilis  
 hil amplius talia mirabilia faciant, expe uis.  
 rimēto se uidisse, expositione illius pro-  
 blematis, dicit conciliator: imo uerus  
 sum testis, quod Galgerandus medicus Historia.  
 tempestate nostra celeberrimus in urbe  
 nostra Mantuæ, uxorem cuiusdam Frā-  
 cisci Magreti sutoris tali morbo labora-  
 tem (loquebatur enim secundum diuer-  
 sa idiomata) curauit, & perfectè. Argu- Exortatio.  
 mentum etiā sumi potest, quoniā hi qui  
 spiritus per orationes sanctorum & af-  
 spersio

spersione aquæ benedictæ fugare profi-  
 tentur, primo euacuant sic laborâtes ab  
 atra bile. Amplius, quoniam ut legitur,  
 3. cap. quarti Regum: Elifæus regi quæ-  
 renti Elisæum ipsum, prophetare non  
 potuit, nisi manu imposita psalterio: ha-  
 bent & dicti uates causam finalem pro-  
 cōsolatione & decore uniuersit: sine eis  
 nanq̄ non bene constaret uniuersum.  
**Vnde** Plato in Phædro sic scribit: Nam  
 et quæ in Delphis futura prædictit uates,  
 & quæ in Dodona sacerdotes, furentes  
 quidem multa ac magna cōmoda pri-  
 uatim & publicè Græcis hominibus at-  
 tulerunt: sanq̄ uero dū sunt, exigua aut  
 nulla. Quòd si referamus Sibyllam, & a-  
 lios quicunq̄ diuino uisi sunt uaticinio  
 quām multa prædicentes, in futurū pro-  
 fuerint, prolixum nimiris extenderemus

*Divinatio* sermonem, & rem manifestā omnibus  
 quanti apud proferremus, imò apud Platonem tati  
*Platonem.* erat diuinatio & auguratio, ut in Phæ-  
 dro, in Timæo, in libro de Repub. ex-  
 istimauerint, mancā esse rem pub. quæ  
 has non haberet artes: & non timuit ea  
 as reponere in numerum scientiarum.  
 quare

*Vatum causa finalis.*

quare cum cœlum sit instrumentum uniuersale intelligentiarum, ad has artes instrumentaliter debet concurrere: adeo quod immediatum instrumentū immaterialis, debet esse immateriale, ut dicitur s. physicorum. Quod si angeli & dæmones sine corporibus cœlestibus possunt mouere, nulla erit necessitas ponendi corpora cœlestia, ut apertum est: quia istis generabilibus nō erit necessarium ad corpora cœlestia deuenire. Unde quæ ibi adducuntur, cessant: uidelicet, de prædictione futurorum, reuelatione secretorum, rememoratione præteritorum, & eorum enunciatione quæ in locis remotissimis fiunt: secundum enim affirmantes tales spiritus, hæc sunt eorum opera: quæ omnia talia per eos spiritus fieri possunt. Nos quoque pariter ab intelligentijs immaterialibus fieri hæc dicimus, uerum non ab eis quas ipsi dicunt: quandoquidē sufficiat numerus ab Aristotele positus. ueluti ostensum est: & hæc ab ipsis intelligentijs mediantibus corporibus cœlestibus tanquam earum necessarijs instrumentis: cū natura ordinate procedat, do.

cedat, primaq; infimis non coniungantur sine medijs. Testatur aut super hoc,

*Divinatio* uidelicet, quod corpora cœlestia ad *ta-*  
*ex bestijs et les effectus concurrant.* quoniam mul-

*inanimis.* ta eorum quæ dicta sunt, uidelicet dedi-

*uiinatione & reliquis huiusmodi, quo-*

*Corui præ-* modo in bestijs & inanimatis reperi-

*cognitio.* untur. Coruus apud Aristotelem præ-

cognoscit clades & bella futura: multi

pisces & aues prænunciant tempestates

uenturas, dantq; mirabilia signa & futu-

rorum & præsentium & præteriorū ue-

luti ex omnibus & augurijs cognosci-

tur, suntq; referēt horum omnium histo-

riæ Græcorū, Latinorum, & barbaro-

rum: neq; etiam inanimata uidentur ho-

*Amandinus* rum effectuum expertia: Amandinus e-

*lapis.* nim lapis referente Alberto in Secun-

do suorum mineraliū, aduersarios uin-

cere facit, & prophetiam ac interpreta-

tionem somniorum facit intelligi & eti-

am ænigmatum. Quiritia etiā lapis est

secretorum proditor, & phantasias com-

mouens. Silenites lapis, eodem etiā Al-

berto referente, ad diuinationem con-

ferre sub prima luna probatum est. pos-

set

*Quiritia.*

*Silenites.*

set non minus de quibusdam herbis ad duci, quas nunc pertranseo: ex quibus sequitur nihil inconuenire si hæc à corporibus cœlestibus in homines imprimentur. Quod autem adducebatur ulterius de multis bestijs uocem humanam dedisse, imò & simulachris hoc multotiens esse factum perhibetur: & ulterius, aliquando lachrimasle, aliquando omisisse guttas sanguinis, aliquando ueras statuas de situ uno in alium: de quibus apud Liuium, Valerium Maximum, Plutarchum, & alios similes authores plenissimè habetur: hæc omnia, secundum leges, fiunt aut ab angelis, aut à démonibus. Verū quantū ad locutiones bestiarum & uoces inanimatorū, siue fuerint simulachra siue non, quoniam & in aere hæc uoces multotiens auditæ sunt, & non apparuerunt quæ has uoces reddiderint, quia relatum est ad tales spiritus, eisdem fundamentis & argumentationibus procedendum est quibus & superi, uidelicet, quomodo spiritus has uoces reddiderint: & nullus uidetur modus uerisimilis quo ab ipsis spiritib.

Cti sint tales effectus, quin rationabiliter modo possit dici hec fuisse facta ab intelligentijs, mediatis corporibus coelestibus, ueluti superius deductum est. quare, eadem sit responsio. Quantum

*Statu. rū mi da.* uerò ad illud, quod statuē sudauerint, laracula, quo modo credēt, chrimas emiserint, guttas sanguinis emauerint, uersæ fuerint secundum situm,

& sic de reliquis: Secundum ipsos satis patet quid dicendum sit: facta enim hec omnia sunt procuratiōe spirituū. Verū secundum Aristotelē puto sic esse dicendum, quāquā hæc multoties sint hominum & sacerdotū deceptiōes, ueluti Albertus in secundo suorum mineralium, sepe cōmemorat & admonet, & nos utrē scimus tēporibus nostris hec aliquando contigisse, fidē tamen prēstantes grauiissimis authoribus, dicimus iuxta responsiones priores, hæc fieri ab ipsis intelligentijs mediatis corporibus coelestibus. Vnde scire oportet, nunq̄ hec euennisse, nisi aliqua magna mutatione, utpote uel euersione regnorū uel ex uno statu, ex morte uel nativitate alicuius magni uiri & excellentis, siue in bono siue

no siue in malo, ex noua lege, & sic de singulis, ut appareat manifeste per historias talia miracula referentes, quia non irrationabile est hec fieri uirtute corporum coelestium. Plutarchus namque in uita Sylla sic scribit: Haste quib. uexilla gestant Prodigia in per se igne emiserunt, q[uod] e gr[ati]e restinctus Syllae uita ex est. Tres corui pullos in uia productos de Plutarch: uorarunt, eorumque reliquias intra nidum retulerunt. Mures suspensum in templo aurum corroserant, e quibus editui quādam casse fōminam ceperunt. Ea ibidē quinq[ue] enixa masculos tres absumpsit. Quod autem maximum fuit, ex aere sereno & omni prorsus carenti nebula, tubarum sonus increpuit, acutas & lugubres intendens uoces, adeò ut cūcti pre magnitudine timoris uerbes recordes compri merentur. Thusci uates alterius generis permutationē, & trāsferēdū ordinē portendi cōmonstrabant. Octo enim cuncta esse genera moribus & uitæ institutis inuicem differentia. unicuique temporis definitum esse numerum à Deo, anni magni ambitu perfectum, qui cum finem habuerit, instante iam al-

tero, admirandum ē terra uel cœlo mo-  
ueri signum, adeò ut curiosis earum re-  
rum peritis euestigio declaretur, ut ho-  
mines alijs moribus, & uitæ rationibus  
usuri in lucem iā producti sint, qui dijs  
aut maiorī aut minorī quām superiores  
curæ sunt. cætera in ipsa generum per-  
mutatione magnas innouationes cape-  
scere, diuinationēq; magnis interdum  
honoribus excrescere, & ipsis nuncupa-  
tionibus assequi, cūm plura & manife-  
sta signa à deo ipso præmittantur. In  
altero rursus genere humilem statum  
esse rudemq; ut plurimum, & qui per in-  
certa & oblicura quadam instrumenta  
res futuras attingat. Hæc quidem à Tu-  
scis, qui ratione ac sapientia reliquis an-  
teibant, disserebantur. Sedente senatu in  
templo Bellonæ, & super hisce rebus o-  
peram uatibus dante, passer inspectanti  
bus cunctis inuolauit, ore cicadam ge-  
rens, cuius eiusam partem reliquit par-  
tem etiam tenens abcessit. Hinc augu-  
res seditionem, agreflium aduersus ur-  
banam & forensem turbam dimicatio-  
nem coniectabant. Hanc enim sicut ci-  
cadam

cadam uocalem canoramq; esse rusticā  
uero ex aruis. hæc ibi Plutarch. & consi-  
milia his dicit multis in locis alijsq; ui-  
tis, quæ ob breuitatē omitto. Albertus  
quoq; cap. 9. sui libri de animalibus sic  
scribit: Iosephus narrat quod in mutatione  
legis sacrificiorū in Hierosolymo-  
rum templo uitula inter manus offeren-  
tium enixa est agnam, quæ indicū fue-  
rit mutaturum ex uitula in agnam: sal-  
uator enim ipse uerus est agnus qui ab-  
stulit peccata mūdi, ut in præfatione pa-  
schali cantatur, ut ueluti agnus innocēs  
& immaculatus est. Amplius, nūquam  
memini me legisse in Historijs aliquā e Observatum  
uenisse notabilem mutationem, neq; ui in Historijs.  
tā alicuius uiri memoria digni siue tue-  
rit celebrandus in uirtutib; siue in sce-  
leribus, quin in eius ortu aut occasu ma-  
gna ex cœlo prodigia apparuerint. qua-  
re cum hæc extiterint semper aut frequē-  
ter, causam habent naturalē & per se ar-  
gumento etiam sit, ista fieri ex corporū  
cœlestium potestate, quandoquidē, ut  
uisum est ex historijs, mathematici ex sy-  
derum conspectione hæc predicebant,

*Predictiones  
haberi ex cor-  
poribus cœ-  
lestibus.*

& interpretabantur. quid plura mororū nonne & in vulgaribus & personis uilibus apparet multotiens signa uel mortis uel alicuius alterius humanæ operationis? nonne etiam & in bestijs ista cōspiciuntur? nā experti ex multis cognoscunt de fœcunditate uel mortalitate futura ipsorum animalium tam terrenorū quā aquaticorum, tā sylvestriū quā domesticorum: nā ut refert Aristoteles in cap. 20. Tertiū de historijs animaliū, quo niā caper emulgeretur, ideo quo fieret ex oraculo Apollinis Delphici sic pñūciāte, grex maximē increuerit. Quid de frugib. quæ maximē à colonis obseruantur & qd de tēpestatib. permulta ac uaria à peritis nautis indicatis ac cognitis? q̄ omnia ex ui superū fieri nō dubitamus. quare nō & in hominib. hęc cōspicienda sunt, & maximē in regibus, principibus, illustribus uiris cuiuscunq; artis & conditionis? ij enim maximē sunt deorum curæ, quod etiam ostendit illud dictum per uirum doctissimū Iacobū Fabrum de his quæ apud Aegyptum conspiciuntur in magnis mutationib. & Regum

gum nativitatibus & occasibus: Sunt enim Reges Deorum ministri, siue sint boles sint, Cele ni, qui perrarissimi sunt: siue mali, qui ut plurimū etiā quasi semper tales existūt. boni enim Reges sunt pro bono regi. Principes mine populorū, & pro bono ipsorum: ma li autē, qui ueriori nomine Tyranni nū cupādi sunt, carnifices sunt uniuersales Deorum, in ultionē ipsorum aduersus populos peccātes, & ueluti nostrorum Regum carnifices, ut in pluribus, sunt peiores his qui à carnificibus trucidant, iuxta illud Diogenis Cynici fures magni suspendunt paruos: sic Reges tyrānicí punientes populos, sunt peiores ipsi populis in maiorem ultionem peccatorum populorum, longeç infelicioris ipsis populis sunt. & ueluti herbas medicas & salutiferas, Deus reges bonus perducit: tyrannos autem ueluti Tyranni herbas uenenosas & Regulos siue Basilicos uenenofissimos. & quoniam uenenum ueneno expellitur, ideo peccantes populi ueluti uenenum in orbe, per uenenum tyrannicum expelluntur, ut post uenenum sequatur mel,

& post Tyrannos legitimus Rex: iuxta  
nanc̄ sententiā Aristotelis secundo Re-  
thoricæ, Deus dat infortunium ut ueni-  
at eufortuniū. Vnde Reges, principes,  
& uiri illustres, sunt maxime obseruan-  
di & reuerendi: aut enim numina sunt,  
aut multum diuinitatis participat. Un-  
de ueluti ferrum alteratū à magnete se-  
cum trahit alterum ferrum, quemadmo-  
dum ex uerbis à Platone in Phædro a-  
pertum est, sic Reges deitatem trahētes,  
& eis communicatam à superis, alijs cō-  
municare ualent: quo fit non incredibi-  
le esse quod legitur apud Suetonium de  
Augusto Cæsare, uidelicet cum primū  
fari cæpisset, in auitō subuibano obſtre-  
pētes forte ranas filere iussit: atq; ex eo  
negantur ibi ranæ coaxare: Et iterum il-  
la miracula per eundem Suetonium re-  
lata de Vespasiano Cæsare, uidelicet de  
cæco per eum sputo illuminato, & clau-  
do ex pressione pedis eius curato: nón-  
ne Vespasianus remotissimus ab impe-  
rio, satis humilibus parētib. natus, deo-  
rum diuinitatem persensit, cum ad tan-  
tum & tā niopinatum imperium subli-  
matus

*Principes es-  
se uenerādos  
& obseruan-  
dos.*

*Augusti cæsa-  
ris primū mi-  
randum.*

*Vespasiani  
Cæs. miracula*

matus fuerit: quapropter nihil incom-  
modi uidetur si suam diuinitatē in hos  
duos egrotantes demonstrauerit. quod  
etiam proferitur de liberto illo quem su-  
pra nominauimus, nihil est quod admi-  
rationem faciat, quandoquidē illud per  
Deos curatum fuerit, cum ipsum & eipa-  
sianum ad summū imperiū extollebant:  
Deus enim dat finem & ordinata in fi- Deus liberae  
nem, & finem consequentia, cum sit ma-  
xime liberalis. quod etiam ibi annecte-  
batur de eius imagine apud Tegeam  
Arcadiæ effossa instinctu uaticinatiū,  
non est extra propositum: quoniam re-  
ges & magnæ mutationes, longè à pro-  
phetis uidentur uirtute cœlestium: nam  
illud repertum fuit ex instinctu uatici-  
nantium: Similia namqe legimus de E-  
neadibus. In uita enim Iulij Cæsaris, eo= Iulij Cæsaris  
miranda ex  
Suetonio.  
dem Suetonio referente, scribitur, pau-  
cos ante menses cū in Colonia Capua  
deducti lege Iulia coloni ad extruēdas  
uillas sepulchra uetustissima disiicerēt,  
idqe eo studiosius facerent, quod aliquā  
tum uasculorū operis antiqui scrutātes  
reperiebant, tabula ænea in monumen-

to, in quo dicebatur Capys cōditor Ca-  
puæ sepultus, inuenta est conscripta lite-  
ris, uerbisq; Græcis, hac sentētia. Quan-  
do ossa Capys detecta essent, fore ut lu-  
lo prognatus, manu consanguineorum  
necaretur, magnisq; mox Italix cladib.  
uindicaretur. Quam rem ne quis fabu-  
losam, aut commentitiam putet, author  
est Cornelius Balbus familiarissimus  
Cæsaris. hæc ibi. in principio uitæ Sergij  
Galbae Cæsaris idē ostenditur, sic enim  
scribit: Liuiæ olim post Augusti statim  
nuptias Veientanū suum reuisenti, præ  
teruolans aquila, gallinam albam ramu-  
lum lauri rostro tenentem, ita ut rapue-  
rat, demisit in gremium: cumq; nutriti a  
litem, pangiq; ramulum placuisse, tan-  
ta pullorum soboles prouenit, ut hodie  
quocq; ea uilla ad Gallinas uocetur: Ta-  
le uero lauretū, ut triūphantibus Cæsares,  
inde laureas decerperēt: fuitq; mos tri-  
umphantibus aliās confestim eodē lo-  
co pangere, & obseruatum est sub cuius  
que obitū arborem ab ipso institutam  
elāguisse. Ergo nouissimo Neronis an-  
no & sylua omnis exaruit radicitus, &  
quicquid

quicquid ibi gallinarum erat, interijt: ac subinde tacta de cœlo Cæsarum æde, capita omnibus statuis simul deciderunt: Augustiç sceptrum è manibus excuslū est. Infinita consimilia apud illustres historiarum scriptores reperiuntur, quæ in id adducta sunt, ut apertissime uideas à dijs & corporibus cœlestibus uiros illustres & res magnas fieri, à prophetis præ dici, per bestias & herbas perç elemen- ta: ideoque tales exitus potenter cedere, ut uix impediri possint. multotiens ho- mines totis uiribus incumbūt, ut ea præ dicta eis impedian, & quo magis impe dire conantur, tanto magis ad id quod e uitare cupiunt, properant: dūç fugiunt fatum, incidunt in fatū: ut de Troiæ ex- cido ante per tot uates & uaticinia & præfagia prænūciato. ueluti & apud Iu- stinum de Romulo & fratre ac innume- ris alijs habet. Quare Plutarchus mul- totiens dicit, fatum posse uideri & non euitari: ut in uita illa Quiriti Cæsa- ris breuis & multorum aliorum legi- tur. Vnum & illud Plutarchi in uita Romuli certissimum habetur, scilicet

Fatum uixe  
uitari posse

Plutarchi de  
fato dictum.

Fortuna

**Fortuna magnarum rerum artifex atq;  
architecta est: nihilq; magnū euadit nisi  
ex diuina origine primordiū accipiat.**

*Fortunam et  
cœlos præci-  
puè in Roma  
na curia do-  
minari.*

**Sed quid plura de hoc, cū fortunam &  
cœlos dominari apud multa uideamus,  
præcipue tamen in Romana curia hæc  
tempestate nostra conspiciuntur: Viri e-  
nīm quorum parentes & patria ignorā-  
tur, neq; scientiam neq; conscientiam a-  
liquam habentes, nullius conspectus, o-  
mnium uirtutum expertes, & denique  
nullius præcij viri, ad summum tamen  
statum aliquando perueniunt, & post-  
quam peruererunt cæteris sunt deterio-  
res. hoc quidem in nullam causam refer-  
ri posse uidetur, nisi quoniā sic Dijs pla-  
citum est, & corporibus cœlestibus. tot  
autem in tantum dicta sunt, ut uideatur  
u s argumenti & responsionis. Quod  
autē ulterius dicebatur de illis quod uisi-  
biliter ab omnibus uidentur, & postea e-**

*Spectrorum uanescunt, ut de Bruto, Cassio, & de mi-  
causæ.*

**raculo proximis diebus in urbe Aquila  
uiso, secūdum leges soluitur, quoniā  
ex iussu Dei per bonos ministros hæc  
facta sunt: aut ex Dei permissione per  
malos**

malos spiritus, ad bonum hominū uel  
pœnam, uel quidquid sit illud. Verum  
& secundum hanc uitam cōceditur hęc  
facta esse per Deum & ministros suos q  
sunt intelligentiæ cœlos mouentes, &  
mediantibus cœlis: neq; aliquis modus  
assignabilis est, quo ponatur fieri per ta  
les modos supraſcriptos à legib; intro  
ductos, quin tali modo & rationib; po  
ni possit fieri per intelligentias: quando  
quidem siue sint spiritus siue sint intelli  
gentiæ, non sunt formæ talium corporū  
apparentium, sed tantum motores, ue  
luti in hoc capite necessariò ostēdimus.  
Vnde dicitur ex sententia commētaris  
in libello de diuinatione, quod & à mul  
tis alijs confirmatum est, Deum & intel  
ligentias hęc inferiora curare & præci  
puē hominem, cum sit finis omnium a  
liorum: quare debent de eius commo  
dis & incommodis curā gerere. Multis  
autem instrumētis, uarijsq; ingenij hęc Quot modis  
& à Dijs & à corporib; cœlestib; procu  
rātur: aliquibus enim per quietē in som  
no simulachra mituntur, quæ somnia  
appellantur, & de multis agendis & a  
ctis in

Tractatus autem istis instruimur, ut in historia de duobus  
 thoris de immortalitate Arcadibus socijs legitur per me citata in  
 mortalitate. A tractatu nostro de immortalitate Animalium excusus  
 mæ. aliqui enim instruuntur de sua sanitate, ut apud Medicos uulgatissimum est,  
 lia, ut et alii. & sic de infinitis, quæ sub numero com-  
 qua alia sua. prehendi non possunt: alijs autem hæc  
 simulachra à Dñs ipsis non solum im-  
 mittuntur in quiete siue in somno, sed  
 etiam in uigilia, & firmiter credunt ea  
 uel uidere uel audire. quamquam non  
 tam hoc fieri contingit ex simulachris  
 habitis ab extra, uerum etiam ab intra  
 per spiritus transmissos à uirtutibus  
 interioribus ad sensus exteriores, ut  
 omnes Peripatetici concorditer posse-  
 runt. Quod si in sensibus tales imagi-  
 nes siue in quiete siue in uigilia genera-  
 ri possunt (quāuis facilius & efficacius  
 per quietem tū ex dispositione passi in-  
 trinseca, tum ex continente, unde fit ut  
 Somnia matutina ueriora sint alijs) nihil  
 tutina cur  
 acriora. est quod ueret, quin et corpora cœlestia  
 talibus figuris possint aerem figurare, u-  
 bi passum fuerit dispositū: neq; hoc est  
 extra experimeta. In aere enim, ut nō so-  
 lum

hā habemus ex historijs gentilium, uerū  
etiam Hebreorū, & Christianorū, apparu-  
erūt acies militū cū lāceis, equis et religis  
huiusmodi generis, ut Machabaeorū se-  
cundo legit. Quare ut sic Bruto & Cas-  
sio ac reliquis huiusmodi generis cōtin-  
gere potuit. Si enim cœlestia corpora p  
quietē homines de agēdis instruere pos-  
sunt, animam talibus simulachris intor-  
mando: utpote qd Aesculapius uiro a-  
grotanti herbā cōferentē ostēderit, qua-  
re & cōsimilē talem herbā & figurā Aes-  
culapij in aere uirtute corporum cœle-  
stium conspicere idem eger non potu-  
it. Certe nulla uidetur esse impossibili-  
tas, sed quoniam somnia sēpiissimè talia  
contingunt, ista creduntur: quoniā hæc *Simulachra*  
rarissimè cōtingunt, ideo nō creduntur. *in aere cur*  
hæc autē in tātum raro cōtingunt, quod raro *contin-*  
*diflicilius sit hoc facere quam illud: gunt.*  
multò enim plura requiruntur ad figu-  
randum aerem, quam sic inducere speci-  
em rei: nam illud est magis secundū ef-  
fere reale, hoc autē secundum esse spiritua-  
le. Quare miraculū factū in urbe Aqui-  
lana naturalē causam habet, nihilqz est  
quod

quod angelis uel dæmonibus indigeamus pro eius uerificatione: timidi enim & creduli Aquilani supplicationes fecerunt Deo & diuino Cœlestino pro imbris expellendis, ueluti eger iller rogauit Aesculapium: à Deo autem immissa est per quietem imago Aesculapij cum herba faciente pro ægritudine rogantis. apud uero Aquilanos uirtus cœlestis fuit potentior: nō tantū enim imago diui Cœlestini in imaginativa Aquilanorum figurata est, uerum et aér: quo fit ut à tot uisus fuerit: Similecque dicatur de omnibus consimilibus. Vnde si nos concedimus nobis talia per somnia apparere, & de talibus per somnia instrui, necessarium uidetur & hæc posse sic in aëre fieri. Cito simulachra autem hæc dissoluuntur, quoniam abdominum rea sunt: ex quo uerisimiliter infest non tuorum posse esse ex toto fictum aliquos homines post alijs uiuen= eorum mortem alijs apparuisse, & eos tibus appa= esse allocutos: non quod reuera fuerint illi, quandoquidem mortui sunt, sed quod eorum imagines & simulachra fuerint in aere, & tales sonos ædiderint uel uisi sint eis dare: nam de somnis manifestū est.

est. Legimus enim aliquos defunctos, uiuis per quietem apparuisse, & de multis occultis instruxisse eos. Nūc & mihi succurrit de filio Dantis, cui Dātes per quietem apparuisse fertur, docuitq; filiū suum de quodam carmine eius Dāntis amissō: quod carmen, filius exequens uisa per quietem, postea inuenit. modò si uirtus cœlestis fuisse adeò efficax, ut aerem taliter figurare potuisset, certe filius suus dixisset patrem suum uere uidisse & eum allocutum esse, cum tamē minime hoc uerum fuisset. Ex quo sequitur ulterius, si Necromantia est ex reuocatiōne animarum ab inferis, apud Aristotelem Necromantia nulla est: quoniam apud Aristotelem, neq; apud inferos sunt hominum animæ, neq; si essent fortasse reuocari possent, cur dixerim fortasse, infra dicetur. Verūm si Necromantia intelligatur per similitudinem, scilicet aliquid simile mortuo, ut fuit in casu priori de filio Dantis, sic apud Aristotelem est concedenda, & hoc fieri uisuperū: & fortassis quod ex artificio, siue hominū ingenio fieri posset per uir-

*Dantis filio  
à morte pa-  
ter apparu-  
ruit.*

L tutes

tutes herbarum, lapidum, uel harum cōsimilium: hoc tñ non affirmo. multa e-  
*Non omnia* nim sunt possibilia, quę quoniam nobis  
 possibilia i= nota non sunt, ea negamus. talia enim  
 deò afferēda. non mihi impossibilia uidentur. Scien-  
 Apparitio= dum tamen quod huiusmodi apparitio-  
 nes in aere nes in aere melius apparēt in nocte quā  
 cur in nocte in die, tū quia lux magis manifestat de-  
 quam in die ceptiones, unde iuxta illud Saluatoris,  
 magis appa qui malè agit, odit lucem, tum quia aer  
 reant. in nocte crassior est: quare magis in eo  
 manifestatur talis figura: et in die magis  
 appareat circa ortum & occasum quam  
 in meridie, cæteris paribus, & plures eti-  
 am sunt uapores: quare, ut dicitur tertio  
 Meteororum, in uersionibus astriuali-  
*Vbi non iris* bus in meridie non appareat iris propter  
 appareat. eandem causam. Et fortassis aliàs istæ  
 magis apparent aere existente humido  
 quam sicco. iris enim fit in nube rorida.  
 Vnde patet satis de diuo Cœlestino nū  
 habeat causas naturales, cū aer esset ual-  
 de humidus et retentiuus: nam satis pin-  
 guis erat propter imbrium multitudi-  
 nem. Ex his ulterius infertur multis  
 modis posse contingere, ut homines  
 uerè

uere existiment se realiter homines uel angelos uel defunctos , uel aliquid consimile uidere : prīmō enim in raptu, & dum extasim patiuntur : soluti namque à talibus passionibus postea incredibilia narrant se uidisse , & uerè loquutos Deo : imò dum essent arrepti, mirè gestiebant. & non inconuenit tunc à superioribus diuinationē assumere, ut Plato in Phædro & in multis alijs locis dicit. Possibile est etiam hoc accidens fieri in uigilia , si continat uirtutes interiores reddere species & spiritum transmittere ad sensus exteiiores, ueluti dicit Auerrois in lib. de memoria & reminiscencia , & in secundo collectaneorum . Tertiò, idem potest cōtingere in uigilia (& hoc rarò) per simulachra genita in sensibus exterioribus à corporibus cœlestibus. Voluti enim corpora cœlestia in quiete siue somno infigere possunt in humana anima hęc simulachra, sic et in uigilia: et maximè si tales hoīes sint à curis humanis absoluti et à perturbationib. mētis: & tūc prophetare multa possunt uera: sunt

*Animalium  
præfagia.*

enim tales homines ualde similes animalibus, quæ præsentunt futura, ut gal-  
lus dicit mutationes temporū, coruus  
clades futuras: Delphin tempestates, &  
multa talia. quare horum dicta & præsa-  
gia non sunt spernenda: dicuntur enim  
Stellæ secundum talia stellæ secundæ, per quas certius pos-  
sunt quæ di- sumus iudicare quā per stellas cœli: sunt  
cantur. enim hæc magis proxima effectibus fu-  
turis. Vnde nautæ & agricolæ periti cer-  
tus per talia iudicant, quam Astrologi  
scientifici. Quarto potest & hoc contin-  
gere secundum modum quē diximus,  
uidelicet, quoniam à corporibus cœle-  
stibus aer exterior sic fuerit in conueni-  
enti dispositione, & agens fuerit etiam  
secundum conuenientem dispositionē  
figurandi tales imagines, ueluti quādo  
acies militū in aere apparent, uel aliquæ  
aliæ figuræ, quæ sint futurorum prænū-  
ciæ, ut ex historijs scimus: quando cunctæ  
enim talia apparuerunt, semper magna  
sequuta sunt. quare non sunt spernenda,  
quoniam ut in pluribus uerissima sunt,  
licet nō necessaria: ueluti enim ante in-  
vasionem febris præcedūt halices & o-  
scitatio-

ſcitationes: & ſpontaneæ laſſitudines morbos prænunciant: et ſtrimonia dant signa, grues pro frugibus ferendis, & ciconiae ueris, & onagri æquinoctiorum: ſic corpora cœleſtia dant signa futurorum euentuum. Quare nihil impium fit ſi etiam figura diui Cœleſtini præceſſit ſerenitatem futuram. tale autem exiſtimamus fuifſe factum quod Valerius Maximus in primo libro refert de Publio Vatinio, ſic enim ſcribit: Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinæ pre= *Pub. Vatinij* feeturæ uir, noctu urbē petens, existima uifum. ut duos excellentis formæ, albis equis residentes, obuios ſibi factos nunciare, die qui præterierat, Perſen regem à Paulo captum: quod cū ſenatui indicasset, tanquam maiestatis eius & amplitudinis uano ſermone contemptor, in carcerem coniectus. Postquam Pauli literis illo die Perſen captū apparuit & custodia liberatus, & insuper agro ac uacatione donatus eſt. & multa alia, quæ ibi à Valerio & multis ſcriptoribus ponuntur, ex confimili cauſa facta fuifſe patere potest. horū enim intelligentiæ cum

L 3 corpo-

corporibus cœlestibus sunt causa om-  
 nium secundum dictos modos. Ex qui-  
 bus ulterius inferatur, nō omnino fabu-  
 losa esse, quæ per poetas referuntur, ui-  
 Deos homi-  
 tates alloquiu-  
 tos esse.  
 delicet aliquos homines Deos alloqui  
 tos esse, ut illud Virgiliū in 4. Aeneidos,  
 ipse Deum manifesto in numine uidi,  
 Intran tem muros, uocemq; his auribus  
 hausi. Et manes uidisse, ut & illud Me-  
 patris Anchisæ quotiēs humētibus um-  
 bris Nox operit terras, quoties astra ig-  
 nea surgunt, Admonet in somnis, & tur-  
 bida terret imago. & sic de innumeris a-  
 lijs non quidem quod reuera sint dij qui  
 loquuntur, necq; defunctorum animæ,  
 sed simulachra à corporibus cœlestibus  
 facta secundum aliquem modorum as-  
 signatorum: imò quantum ad hoc, uide-  
 tur hoc esse concedendum secundum  
 Euangelicam doctrinam: Lucæ namq;  
 24. cap. dicitur de Apostolis in Christi  
 resurrectione: conturbati uero & cōter-  
 riti, existimabant se spiritum uidere. ibi  
 Theophylactus exponēs dicit, spiritum  
 id est phāasma: unde postea subiungit  
 Euangelista & dixit eis: Quid turbati e-  
 stis, &

estis, & cogitationes ascendūt in corda  
uestra : uidete manus meas & pedes,  
quia ego sum : palpate, & uidete: quia  
spiritus carnem & ossa non habet, sicut  
me uidetis habere. Iuxta illud Virgilij  
primo Aeneidos de Aenea: Ter cona-  
tus ibi collo dare brachia circū Ter fru-  
stra cōprensa manus effugit imago, Par-  
leibus uentis, uolucrīq; simillima som-  
no. Videtur igitur quod apud Euange-  
listā non incōuenit, in uigilia talia appa-  
tere phāasma. Secundū tamen Bedā,  
pro spiritu nō intelligitur phāasma: sic  
enim scribit, putant enim se uidere spiri-  
tū quem emisit in passione, cum inclina-  
to capite emisit spiritū. Quare secūdum  
Bedam, ut existimo, non esset ad propo-  
sitū hoc: & sic de isto sit dictū. Ad id ue-  
rò quod dicitur de augurijs & ominib;  
eandem dant responsionem cum priori  
bus: & nos idem adducimus argumen-  
tum quod & supra & ulterius dicimus,  
quod mirum est, si istae sunt illusiones,  
quomodo Plato, Aristoteles, sapientes  
Græci & Romani tam intētē & accura- Auguria non  
tē obseruauerint ea. ut referūt Valerius omnino esse

Maximus, Luius, Plutarch. & reliqui il-  
 lustres historiarum scriptores, obserua-  
 tibus his secundæ successerūt res, negli-  
 gentibus autem aduersa euenerunt: Et  
 quod plus est, Plato scientijs adnumera-  
 uit, uoluitq; respub. bene ordinatas pro-  
 curare has artes esse in suis ciuitatibus.  
 Sunt & hæc quæ de augurijs & ominib.  
 dicūtur à primæuo æui usq; ad præsens  
*Deus uarijs* celebrata. Quare, dicimus Deū curam  
 modis admo gerentem humani generis, nō solumq;  
 net huma- oraculis & prodigijs genus humanum  
 num genus. admonere, uerum & augurijs & omni-  
 bus. nam ueluti ars medica non tantum  
 nno medicamine utitur ad curādam u-  
 nam speciem ægritudinis, uerum pluri-  
 bus, ut ex medica arte notum est: sic De-  
 us non tantū uno ingenio admonet ho-  
 mines de actibus humanis, uerū etiā  
 pluribus: & hoc maximè fuit conueni-  
 ens: multa enim sunt quæ ex industria  
 humana sciri non possunt. quare, Deus  
 & Natura non deficiētes in necessarijs,  
 tura nō defi quæ per causā & ingenio humano per-  
 ciunt in ne- scrutari nō possunt, uel uix possunt, per  
 cessarijs. signa diuersa & instrumenta homines  
 admo-

admonent, & ea multiplicant ad maiorem certitudinem. Vnde in nativitate Augusti quasi omnia fuerūt cōiuncta, utpote oracula, uaticinia, mathematico rū prēnunciationes, prodīgia in bestijs, in elementis, & reliquis huiusmodi generis. Idem legimus de Magni Alexandri ortu, Euagoræ, & multorū aliorum apud Plutarchū. Imò in Saluatoris nostri nativitate, quot oracula, quot prodīdia præcesserunt; quare, conuenit naturæ dare omina & auguria. Cum autem dicitur, aut talia sunt causæ aut effectus rerū fiendarū: huic dicim⁹ talia esse effectus cœlorū & naturæ in genere causæ efficientis, fiendorū aut in genere causæ finalis. nam ueluti halices & oscitaciones fiunt à natura iam ægrotante, testantur autem supra inuasionē febris: sic cor uis derelinquēs solitam habitationem, ex impressione corporū cœlestiū talem fugam petit: talis autē fuga coruorum admonet homines de clade futura; quare, talia habitudinem habent per se & à natura intēta pro hominis bono uel malo: nam quem admodum apud Roma-

Belli & con- nos uestis purpurea super hastam posi-  
 fuit signū ta, erat signum cōflictus fiendi, uestis ta  
 apud Roma men nō faciebat cōflictum, neq; cōfli-  
 nos.      Etus uestem, sed erat propter cōflictum,  
*Caruus cur sic & in proposito.* Cur aut coruus ma-  
 ruius signi lum significet, turtur aut grus bonum,  
 ficit, aut hoc per intellectum humanū non est in  
*Grus bonū.* quisibile. sed hoc scimus ex multis expe-  
 rimentis: sicut ignoramus per quā natu-  
 rā scāmonium purget bilem. Verū dici-  
 mus quoniā talis & ex sua proprietate.  
 Sic dicimus & de ipsis auibus: una nāq;  
 unum significat, alia aut alterū, immo u-  
 na & eadem à dextris unum significat,  
 & alterū à sinistris: sic quod unū erit si-  
 gnum felix, aliud uero infelix: & aliud si-  
 gnificat pica tacens, & aliud garrula.  
 Credendum tamē est, quandoquidē ars  
 imitat naturā, quod ueluti uestis rubea  
 hastæ infixæ in castris significat cōflictū,  
 quoniā sanguis natura rubens assimila-  
 tur uesti rubeæ: & uestis alb hastæ infi-  
 xa in castris denotat pacē, quoniā albe-  
 do attestatur quieti & uitæ candori, que  
 in pace relucēt: sic existimandum est ta-  
 lis proprietatis signa ad signata habere  
 Pacis signum      quadam

quandam proprietatem & proportionem eorum ad inuicem, quas nobis intelligere aut difficilimum aut impossibile est: Veluti Albertus capite sexto Tract. primi sexti libri sui de Animalibus in hoc proposito de coruorum præscientia dicit. Sed stamus experimentis, ueluti in multis naturalibus, quia hoc non dissonat operibus naturæ. scire tamen oportet, quod stat, per aliquid cognosci aliud, ut pote per, a, cognosci, b, & tñ neq; a est cauſſa b, neq; idem a est effectus eiusdem b. Verum quoniā tam a quām b, ab eadem cauſſa procedunt, ideo ex utriusq; cognitione utrumq; cognosci potest. Vtpote quoniā iris & serenitas aëris ab eadem cauſſa procedūt, ideo per irim iudicamus serenitatem futuram, sunt enim ibi quasi duo processus: primus est ab effectu ad causam, cū ab iride procedamus supra nubis uictoriā. & quoniā uictoria super nubē est cauſſa serenitatis aëris, ideo ex tali nubis uictoria procedimus ad aëris serenitatem, tanquam ex cauſſa super effectum: quod autem ex iride in-

Cauſſa serenitatis et signis  
feratur

feratur uictoria super nubem, & ex ui-  
 toria super nube inferatur serenitas, su-  
 mitur nunc tanquā notum, quomodo-  
 cunque illud fuerit notum. quare in pro-  
 posito dici potest, per garritū corui co-  
 gnoscitur malum futurum, quoniam u-  
 trunque ab eadem causa procedit: quo  
 sit, ut per unum, alterū cognosci possit:  
 ueluti supra dictum est de iride & sere-  
 nitate. prima tamen responsio est meli-  
 or, aut ambæ extoto euacuarent. Quū  
 etiam ulterius dicebatur de Chiromantia  
 & omnī uanissima Geomantia, dici  
 Chiromanti- tur primò artem Chiromantiæ non esse  
 am nō esse ua uanam, & habere caussam satis manife-  
 stam : est enim de partibus Physiogno-  
 miæ: Aristotelesq; capite 15. primi libri  
 de natura Animalium sic scribit: Pars in-  
 terior manus, uola dicitur: carnosa est, et  
 in scissuris uitæ indicibus distincta: lon-  
 gioris scilicet uitæ singulis aut binis du-  
 ctis per totam: breuioris, binis quæ non  
 longitudinem designent totam, & deci-  
 ma Prolematum 49. problemate sic scri-  
 bit: Cur qui manus cæsuram per totam  
 obtinet palmā, uiuere diutius possunt:  
 an quo-

an quoniam minus uiuere possunt, qui  
carent articulis incompactis sunt, qua-  
le genus omne aquatile est: quod si que  
articulata non sunt, uitam breuiorem a-  
gere solent, constat contra se habere que  
articulata existunt: cuius profecto gene-  
ris illa etiam sunt que cum sua natura om-  
ni articulo careant, tamē articulata nō  
nunquam quo ad maxime licet, consi-  
stunt. manus autem pars interior peni-  
tus articulo uacat. Quod si dicit, dictum  
Aristotelis ueritatem continere quo ad  
naturalia, ueluti est in proposito, nō au-  
tem quo ad euentum rerum de quibus  
chiromantici indicant per signa manu-  
um: hunc fortassis dici potest, quod quā  
quam hoc magis manifestetur in opera-  
tionibus naturalibus, quoniam magis  
materiae intersit, & magis proxima ma-  
teriae, nihil tamen prohibet & ad alia iu-  
dicia dare: ueluti de naso, de oculis, de  
auribus, super mores significamus, sci-  
musque animā disponi secundū materię *Animam dis-*  
*positionem, ipsam materiam suscipeponi secun-*  
*re uirtutes cœlestes: que uirtutes cœleſtū materię*  
*stes animā dirigunt ad diuersos fines: dispositionē*  
*quare*

quare non est irrationabile per ista iudicare. Ad aliud autem de Geomâtria tam uana, & de punctorum obseruatione et dierum, quæ omnia secundum operatio nem sunt dæmonum illusiones: primo Dierū obseruatio apud Plutarchū. quantum ad dierum obseruationes, p̄tereo quæ à Plutarcho referuntur in uitia Camilli; ibi nāq̄ narrat diffuso sermone, aliquos dies, cōtinuata serie, quibusdam ducib⁹ & natīōib⁹ fuisse felices, q̄ alij s cōtinuate fuerūt infelices: quod autem fit semper aut in pluribus causā habet naturalem: Vnde dicēdum puto ex proprietate & repugnantia naturarū hoc procedere, conuenientium. Aristoteles nāq̄ undecimo de natura Animalium cap. primo, ponit multa animalia uni esse amica, quæ alteri sunt inimica. Et Medici ponunt (ut habetur à Mesue in libro de consolatione medicinarum) aliqua simplicia esse inuicem cōponib⁹ Nō omnium lia, & aliqua non, quorum causas ignoscitur caussa ramus: sed tantum in eis dicimus quoniam talia: quare etiam sic exīlīmo de talibus diebus esse dicendum, aliqua enim dies conuenit uni, quæ alteri disconue-

conuenit. Videmus etiam annos di-  
ctos Schalarios, de quibus. Gellius in  
suis Noctibus, multum esse obserua-  
tos uidemusque in operibus naturæ, ut <sup>Certū numer-</sup>  
in dentium productione, naturam cer-  
tum numerum obseruare ut in pluri-  
bus: quem si transgressa fuerit, pecca-  
tum committitur, quare in commoda na-  
tura patitur: idemque in infinitis reme-  
morare possemus. Quapropter idem in <sup>Geomantia</sup> *quid.*  
actu punctorum existimamus, non qui-  
dem ut mathematice hæc consideran-  
tur, uerum ut consequuntur naturam  
& figuras corporum cœlestium, secun-  
dum que uirtutes cœlestium corporum  
imprimuntur, secundum quæ iudicium  
sumitur. & hæc mihi uidetur esse senten-  
tia Alberti in cap. tertio tractatus tertio  
secundi libri suorum Mineralium, &  
fortassis hoc etiam prouenit ex natura  
ipsarum figurarum & numerorum. V-  
nus enim numerus & una figura est  
perfectior altero numero & altera figu-  
ra etiam eis consideratis secundum se. <sup>alia perfectio</sup>  
Aristoteles namq; secundo de cœlo, pro-  
bat cœlum esse figurā sphæricam ex eo <sup>rem esse, ita</sup> de numero.  
*quod*

quòd figura sphærica est perfectissima figurarū. & in primo eiusdem libri probat corpus esse trium dimensionū perfectissimum, quoniam tres continent: nā numerus ternarius est perfectissimus, ut ibi dicitur. neq; ex eo quòd figura cicularis sit perfectissima, sequitur unicuique rei corporali eā conuenire: immo propriè nulli conuenit nisi cœlo, ut in eodē lib. 2. dicit Aristoteles. quare esto qđ unus numerus, qui secundum quod numerus est perfectus conuenit uni homini, non sequitur ut cuilibet conueniat, quanquam sunt eiusdem speciei species: sicut Halec uni homini est medicina, quod tamen alij est uenenū. sunt enim hæ proprietates insegnentes materiam & individuum, non autem formam & speciem: habent autē huiusmodi artes & caussam finalem in prioribus tactam, uidelicet ex sollicitudine diuina quam Deus habet de humanis actibus. Rationē hūc enim homo ex intellectus sui impermanā non sefectione de eventibus consilium capere ad omnia ex re non possit, non enim ratio humana tendere ad omnia per inquisitionē se extendit, quando

*Proprietates  
individuales.*

*Divinādi ar-  
tium finalis  
caussa.*

*Rationē hu-  
c enim homo ex  
re non possit,  
non enim ratio humana  
tendere.*

quādoquidem stat ad utramq; partem rationes esse æque ualentes: quare committendum est corporibus cœlestibus, quorum motu ista gubernantur. Verū oportet iudicantem habere peritiam artis, & scire dispositiones requisitas, ex quorum ignorantia ars deluditur: sicut etiam in Astrologia et in Medicina et in plerisq; artibus cōtingit. & hic uolo narrare historiam, quam & multi soci mei uiderunt, & nouit Deus si mētior: Post obitum Iulij Pontificis Maximi, dum Ex-lectores successoris essent in conclave, & hic Bononiæ, ut sit, diuersi essent rumores secundum uotorum diuersitatem, erat uicinus nobis quidam Mechanicus senex, cum quo multotiens, relaxandia animi gratia, sermonem habebam: dum quē de futuro Pontifice loqueremur, dixit mihi se sciturum quis esset uenturus: confessusq; est se hanc artem callere: ego uero ex multis nullā fidem adhibui uerbis eius: tamen multoties interrogaui eum de Pontifice futuro ut solatium caperem, certe non mentior, per quatuor dies cōtinuatè & certitudinaliter præ

M dixit

dixit Ioannem tunc Cardinalem de Medicis, nūc uerò Leonem decimum, sine dubio futurum. hoc autem arte an casu fuerit, nescio. uerū sic fuisse scio. quodq; me magis in admirationem traxit, quoniam nulla erat cōiectura neq; sermo a liquis habebatur de dicto pōtifice: imo quasi omnes de unoquoq; altero suscipabantur. quare etiam hæc ars non omnino mibi uidetur extra rationē, dūmo do à perito exerceatur. Quod autem ulterius dicebatur de dēmoniacis, & de loquentibus secundum diuersa idiomata quæ nunquā cognouerunt, de his satis abundē dictū est, cū de uatibus & Deorum responsis sermo haberetur: idē nanquē intelligatur quod de illis, quandoquidem eandem caussam habeant. uerū quod dicebat̄ ulterius, ex uerbis & characteribus aliquos cōpelli ad amorem, aliquos uerò ab eodē absoluī, apud me maximam dubitationem habet, siue dæmones ponamus, siue hæc ab hominib. fieri censeamus. si namq; credimus aliquem sic compelli ad amādum uel odiendum, & ut communiter ponitur, ali quem

An quis compelli queat ad alicuius amorem uel feciſ.

quem ligari in coitum sic, quod cum aliqua determinata muliere coire non posset, & etiam carminibus solui posse: ut Virgilius in 4. Aeneidos cecinit, cū dixit: Hæc se carminibus promittit solvere mentes Quas uelit, ast alijs duras immittere curas, &c. & in Bucolicis de pastoribus Damone & Alphefibæo, cum dixit, Parcite, ab urbe uenit, iam parcite carmine Daphnis. Idemq; multi poetæ senserunt: immò Philosophi his uidentur consentire. de Platone enim manifestissimum est ex quāpluribus locis: Et Marsilius Ficinus in 13. libro Platonicae Theologiae hæc multùm dilatauit. Verum & ab his Aristoteles non abhorret: capite namq; 14. secundi de natura Animalium, sic scribit: Remoram errore nō Remora pīsa nulli pedes habere prodiderunt: expes cis. enim omnino est: sed qniam habeat penas pedibus similes, hinc sit ut pedibus instare uideatur: pisciculus quidam hic est saxis asluetus, in cibos non admittendus: nomen à remorandis nauibus adeptus, utilis ad iudiciorum causas & amatoria ueneficia, ut aliqui uolunt.

Iunt 22. etiam capite sexti libri de natura  
**Hippomenes** Animalium, de Hippomene loquēs, sic  
 scribit: Quapropter id à ueneficis peti-  
 tur, & percipitur mulierculis. quod & in  
 octavo libro repetitur, & multis alijs in  
 locis. Religio etiam Christiana hæc ue-  
 rissima esse affirmat diuus namq; Tho-  
 mas in libri suorum Quolibetorum, ar-  
 Maleficiūm ticulo decimo, sic scribit de Maleficijs:  
*quid sit.*

Sciendum est autem, quod quidā dixe-  
 runt quod maleficium nihil est: & hoc  
 proueniebat ex infidelitate, quia uole-  
 bant quod dæmones nihil sunt nisi ima-  
 ginationes hominum, in quantum scili-  
 cet homines imaginabantur eos: & ex  
 ista imaginatione territi, luctabantur. Fi-  
 des uero catholica uult quod dæmones  
 sint aliquid, & possint suis operationi-  
 bus etiā impedire carnalem copulam.  
 Et in subsequenti articulo ponens mo-  
 dum tales talis impedimenti, & differē-  
 tam inter frigidum & maleficiatum, sic  
 inquit: frigidus enim est impotens sim-  
 pliciter, maleficiatus uero est impotens  
 non quo ad omnes, sed quo ad unum tā-  
 tum. Albertus quoque in suo uicesimo  
 secun-

Secundo libro de Animalibus in cap. de Lupo, dicit: si uirga Lupi in alicuius nomine uiri uel mulieris ligetur, nō poterit coire donec nodus ille solutus fuerit. Videlicet hoc habere rationabilem causam quam Marsilius Ficinus in loco citato inuit: si lapides et herbae possunt insaniam inducere, ut de quae dā herba Plutarchus refert in uita Marci Antonij, & quædam sapientiam inducunt: & mira quæ ab Alberto reserūtur in secundo libro suorum Mineralium: non inconuenit & talia inueniri quæ in amorem compellat, & ab amore expellant. Vnde idem Plutarchus in eodem loco hæc de Marco Antonio dicit: magis enim carminibus & amatorijs poculis deuincta mens, amissa libertate propria, in Cleopatre uultu hærebat infixo, longè redeundi quam uincendi cupidor. Si igitur, inquam, tales effectus concedimus, quos aliqui dicunt fieri arte demonum, ut leges: aliqui uero ex natura, ut philosophi: profectò apud me secundum utrumuis horum nō est facile modum inuenire. Dato enim hæc fieri à dæmoniis

voluntas an  
 cogi pos<sup>s</sup>it. monibus, emergit quæstio, quoniam ad  
 mare & odire sunt actus uoluntatis, quæ  
 cogi non potest, aliter perijt eius pote-  
 stas & liberum arbitrium. quomodo igitur  
 dæmones possunt uoluntatem com-  
 pellere ad amandū uel odiendum? quod  
 si dicatur dæmones uoluntatem non  
 compellere (hoc enim est cogere, quod  
 nulla uirtus creata potest facere respe-  
 ctu uoluntatis) sed impellere, quod est  
 inducere & persuadere, ueluti diuus  
 Thomas dixit in loco citato, scilicet ii.  
 articuli undecimi libri Quolibetorum,  
 & in secundo Sententiarum in distinctio-  
 ne 25. & primo Quolibetorum articulo  
 secundo. Verūm insurgit difficultas, pri-  
 mo quoniam sic homines non essent li-  
 gati, imò adhuc essent in potestate sua:  
 quoniam persuasio non cogit. hoc autē  
 non uidetur conuenire communiter di-  
 ctis, necq<sup>ue</sup> eius diui Thomæ dictis: nam  
 ponens differentiam inter frigidum &  
 maleficiatum, dicit: maleficiatum non  
 posse in aliquam determinatam, quam-  
 uis in alias possit. Amplius quoniam non  
 oportet per aliquē alium solui: Vanū  
 enim

enim est querere alium, quādo est in nostra potestate sitū. Præterea, nō uidetur hoc fieri p persuasionē ostēdētē uolūtati maleficiati abominationē uel pro se quutionē illi, personē: quoniā relata ab Aristotele, ut Hippomanes, Remora, Virga Lupi, sunt inanimata: mortua eī sunt, quare nō possunt hoc ostēdere uolūtati, neq; ei persuadere, nisi fingant hęc alterare phātasiā generādo species pseq bilis uel abominabilis. Verū & hoc nō sine maxima dubitatiōe est: qniā si exēpli gratia, Remora est amoris inductiua nō pl, inducēt Socrates in amore Alcybiadis quam Elimę. quare, aut omnes ē qualiter amabit, aut nullum. Et similiter *Maleficium* dicatur de maleficiatis. Videtur enim *an fieri,* & quod maleficiat, cum nulla coire pos- quomodo sit, quoniam non uidetur quod sit de possit. terminās. Quod si dicas determinatio nē fieri per intentionem maleficiantis intendentis unum determinatē: contra, nā ista determinatio aut fit ab intētiōe maleficiatis, aut ex intētiōe dēmōis intē dētis decipere homēm: non primū, tū qa nō uidet qd possit operari intētio male  
M 4 ficiant.

ficiantis: quandoquidem in nec homine maleficiato, nec in illo quo fit maleficiatio, utpote uirga Lupi, aliquid producat: tum quoniam sic fieret non uirtute dæmonis sed uirtute maleficiantis et instrumenti, utpote uirgæ Lupi. Si uero alterum detur, uidelicet quod determinatio fiat ex intentione dæmonis, adhuc non uidetur posse stare, quoniam intentionis dæmonis est uel actus uoluntatis, uel intellectus, uel utriusque, qui sunt actus immanentes. nihil ergo operantur. quomodo igitur fiet ista determinatio per talem intentionem? fortassis adhuc dicetur, quod quantumcunq; uelle & intelligere sint actus immanentes, ab eis tamen procedit motus: intelligentia enim intelligens & uolens mouet orbes & omnia ista inferiora, quamuis intellectio & uolitio sint in ipsa intelligentia, immo fortassis ipsamet intelligentia. Quare, uirga Lupi, uel quodcunq; sit illud, est directu à dæmone & eius instrumentum, & in uirtute dæmonis & secundum eius directionem & intentionem producit talem effectum, ueluti serra in uirtute

Dæmonis intentio quæ et quomodo sit

tute secantis producit hoc determinatum scamnum: uerum, istud est longe di spar, & omnino remotum à priori: serra enim in opere scamni nullū habet motū ex se, nisi moueatur à tali artifice lignario: uirga autem Lupi habet illum effectum producere à quocunq; fuerit applicata, siue ab homine siue à dæmone, siue esset ei congenita: tantum enim approximationē accipit, & non alteratio nem: neq; in uirtute hominis uel dæmonis alterat, sed ex se. Quare, sicut à dæmons non habet alterationem sed à natura, sic nō habet determinationem: ueruntamen à demone uel homine determinatur ad agendum in hoc. quod autem hoc in quod agit determinetur ad unum fugiendum uel persequendum, non potest habere ab applicante: tantū enim actiua passiuis applicat, neq; dat formam agenti instrumentalī: perinde enim hoc est, ac si quis, a ignem applicaret, b, ligno, ut ex b generaretur ignis c, & diceret quod, c, ignis comburet d lignum, esset ex primo applicante: quod imaginari fatuum est. imò si recte consideras,

deras, hoc longè deterius est. præterea, non plus dæmon posset facere istum effectum quam homo: quod tamen à sic dicentibus negatur manifestum est autem hoc sequi, quoniam dæmon in hoc non plus se habet quam applicans actiuia passiuis: hoc autem totū fieri potest per hominem quandoquidem sunt herbae uel lapides uel aliqua talia, quæ hoc facere possint, quæ sciri possunt ab homine, immo de tacto sciuntur: & determinatio & que benè fieri posset ab homine, sicut à dæmone: ergo sequitur propositum. si autem dicatur, ut uidetur dicere Thomas, quod neq; herbæ neq; lapides neq; huiusmodi faciant hoc, sed ista apponuntur in delusione uel deceptione hominum, ut ad idolatriam trahantur, uerū fit isto modo: quoniam dæmones ipsi intellectum informant sub specie abominationis uel prosecutionis: & tūc uoluntas prosequitur uel fugit. Verum tunc stant argumēta priora & alia: quoniam talis apparitio facta intellectui, est alteratio, quæ non fit immedia-  
te ab ipso dæmōe, sed fit per applicatio-  
nem

nem actiuorum ad passiua: & stat argu-  
mentum ut supra, quoniam & hæc tali-  
ter ab homine fieri poterunt: & quæri-  
tur de determinante talia actiua ad hoc  
determinatum representandum. Qua-  
re, ut mea fert opinio, est multum diffici-  
le uidere talem modum: & consimiliter  
difficile est tenere talia fieri ab homine  
& per naturalia: nam apud me maxima  
difficultas de terminante. nullū enim se-  
cundum hāc secundā opinionem uide-  
tur posse assignari determinans, nisi in-  
tentio malefici ipsius, modo talis inten-  
tio nō uidetur talem determinationem  
posse facere, ut patet per habita. & dico  
ut mihi uidetur, quod si conceditur hæc  
à dæmonibus posse fieri, credendum est  
et ab hominibus hæc posse fieri, nullo in-  
tercedente dæmone. Quare fortassis a  
liquis negaret hæc esse uera. Cui senten-  
tiæ uidetur consentire Ouidius in libro  
Heroidum, in Epistola Oenonis ad Pa-  
ridem, ubi dicitur: Quæcunq; herba po-  
tens ad opem, radixq; medendi Vtilis  
in toto nascitur orbe, mea est. Me mise-  
ram, qd amor nō est medicabilis herbis:

Desti-

Ouidius ne-  
gat ueneficia

**D**estituor prudens artis ab arte mea. & iterum in primo Metamorphoseos, & herbarum subiecta potentia nobis, He mihi quod nullus amor est medicabilis herbis. Verisimile est, si hoc fieri possit,

**M**edæ nil factum fuisse à Medea, quæ connumerat profuisse futuræ inter primas huius artis. tamen ipsa an ueneficio fuit uincta ab Iasono, & clamabat, si possum artem. Item, sanior essem: sed erahit in uitam noua uis. Plus ualuit formositas Iasonis quam maleficia Medæ. Amplius, Circe ueneficarum celeberrima suum Vlysslem detinere non potuit: magis quam sine arte delusa est & uincta ab Vlyssle, quam Vlysses cum omnibus suis artibus fuerit deuictus ab ea, ueluti de Vlysse cecinit Ovidius in primo de remedio amoris his carminibus:

*Nulla recantatas deponent pectora curas:*

*Nec fugiet uiuo sulphure uictus amor.*

*Quid te Phasiacæ iuuerunt gramina terræ,*

*Cum cuperes patria Colchi manere domo?*

*Quid tibi profuerint Circe Perseides herbae,*

*Cum tibi Neritias abstulit aura rates?*

*Omnia fecisti ne calidus hospes abiret:*

*Ille dedit ceræ linteæ plena fugæ.*

**Circe** nil cōtra vlyssem potuit.

Omnia fecisti, ne ferus ureret ignis:  
 Longus in iuventute pectore sedit amor.  
 Vertere quæ poteras homines in mille figuræ,  
 Non poteras animi uertere iura tui.  
 Diceris his etiam cum iam discedere uellet,  
 Dulichium uerbis detinuisse ducem.  
 Non ego, quod primum (memini) sperare solebant,  
 Iam precor, ut coniunx tu meus esse uelis.  
 Et tamen, ut coniunx essem tua, digna uidebar,  
 Quod Dea, quid magni filia Solis eram.  
 Ne properes oro: spatiū pro munere posco:  
 Quid minus optari per mea uota potest?  
 Et freta mota uides, et debes illa timere:  
 Ut ilior uelis postmodò uentus erit.  
 Quæ tibi cauſsa fugæ non hic noua Troia resurgit:  
 Non aliquis socios rursus ad arma uocat.  
 Hic amor, et pax est, in qua male uulneror una:  
 Totaq; sub regno terra futura tuo est.  
 Illa loquebatur: nauem soluebat Vlysses:  
 Irrita cum uelis uerba tulere Noti.  
 Ardet, et assuetas Circe decurrit ad artes:  
 Nec tamen est illis attenuatus amor.  
 Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,  
 Deme ueneficijs, carminibusq; fidem.  
 Concedendum tamē est secundum ue-  
 titatem, formositatē & dulcia hominis  
 uerba

Formositatē  
 et dulcia uer-  
 ba in amore  
 ducere.

uerba ligare, & in sui amorem inducere,  
 ut omnes sciunt. Quare, Franciscus Pe-  
 trarchae trarcha dixit: Et ioch'harrei giurato, Dis  
 amor. feso hauer mi da huom coperto d'armi  
 con cenni e comparole fui ligato: & a-  
 deo uehementer, ut multotiens homi-  
 nes in insaniam ducatur, aliquando in ex-  
 gritudines, ut Plutarchus refert in uita  
 Demetrij de Antiocho Seleuci filio, &  
 aliquando ad mortem, & de effectibus  
 ceteris amoris: quæ omnia notissima  
 sunt. Et uice uerfa, deformitas, & inepti-  
 tudo uerborū generant odiū & abomi-  
 nationem: morum quoq; dissimilitudo:  
 multaq; & ferè infinita reperiuntur in  
 hominibus, quæ aliquibus inducant a-  
 morem, aliquibus odiū, aliquibus abo-  
 minationem, sic quod nullo modo ali-  
 quis posset cum eis habere coitum. ma-  
 nifestum autem est, & unicuiq; cauſa  
 est nota, quomodo sic aliqua ligant ho-  
 mines ad amores, et aliquando retrahūt:  
 contingit enim ex aliquo quod in ama-  
 to inspiciebat ab amāte, ipsum amātem  
 maximo illi⁹ amore detineri: & postea a  
 liquid aliud inspici in eodem, quod effe-  
 ctum

*Odium que  
nam inducāt*

Etum cōtrarium causabit. isto enim modo uerbaligant, & uerba solūnt. in principio tamen non sunt coactua sed multum persuasiua uoluntati, ut in homini bus sapientibus, iuxta illud Helenæ Epistola ad Paridem, Dum nouus est cōcepto potius pugnemus amori &c. Et in libro de remedio amoris præpotentia remedia ponuntur. Verū si sint habitus, aut difficilimum est aut impossibile est solui. neque Aristoteles simpliciter affirmat hęc carmina et ueneficia, uerūm dixit, ut ferunt: & in octauo libro de historijs Animalium cap. 24. uidetur dicere, hęc incantamēta esse muliercularum figmenta. Verū quoniam Ecclesia tenet de maleficījs, & Plato, & multi grauissimi authores hoc idem confitentur, tenabo rationibus priorib. respōdere inse- quendo uiam naturae, & absq; dæmoni bus: & quod si hęc fieri possunt per dæ mones, possunt & hęc fieri sine eis. Te- nendo igitur hoc, dico ad primā cum di- cebatur, quod amare & odire sunt a- ctus uoluntatis. & uoluntas non po- test cōpellī sed impelli: huic dicit utrūq; posse

Aristotelis o-  
pinio de ue-  
neficijs

Responsio-  
ad obiecta

posse accidere. aliquando enim nō sunt  
 adeò potentes ut possint compellere i-  
 psam uoluntatem. quoniam nondum li-  
 gata est uis rationis, sed solum inclinant  
 ut persuadeatur. aliquando autem pos-  
 sunt uoluntatem ipsam compellere, ut  
 quando cō= quando ligata est uis rationis: & tūc ho-  
 pellatur. mīnes se habent ut bestiæ, quæ ab obie-  
 ctis ducuntur, & non sunt domini suo-  
 rum actuum: tunc enim uoluntas non  
 est domina sed efficitur bestialis & ser-  
 ua. neq; hoc inconuenit, multi enim ex  
 amore facti sunt amētes et ueluti bestiæ  
 quoniam & si uoluntas & intellectus af-  
 fixa non sunt organis, dependent tñ in  
 operibus suis, saltem dum unita est ani-  
 ma ab organis. quare, si mali humores  
 possunt ex toto impedire discursum ra-  
 tionis, nō incōuenit & alia reperiri pos-  
 se, quæ talia operari possunt, ut ratio &  
 experientia docēt & demōstrant. Cūq;  
 ulterius dicebatur de modo, mihi mul-  
 tum ratiōabilis uidetur esse modus po-  
 situs ibi à diuo Thoma, uidelicet qniam  
 representatur sub specie abominabilis,  
 uel persequibilis, delectabilis uel contri-  
 stabilis,

tristabilis, & huiusmodi. Cumq; ulterius quæritur unde prouenit illa determinatio, ut pote quod amet Alcibiadē So-  
crates & non Cliniam; dico hoc esse ex intentione maleficiantis, qui quidē per spiritum siue uaporem transmissum ad maleficatū à spiritu illo fuerit affectus similitudine maleficiādi, qui dum esset in imaginatione malefici, generat in maleficiando similitudinem illam, nec nō & personæ similitudinem quam malefi ciandum intendit amare uel odire, prosequi uel fugere. Virga autem Lupi, uel quidquid sit illud, habet uirtutem ut inter tales duas species sit concordia & di scordia: ueluti quædam sunt inter quæ naturaliter est concordia uel discordia: ut ex capite primo 9. de historijs Anima lium ostensum est, & est notum ex me dicis, quod aliqua sunt componibilia, & aliqua destruunt se. Sic itaq; contin gere potest, quod in maleficiādo est spe cies rei quæ ab ipso maleficiante inten ditur: Virga autem lupi alterans malefi ciandū, est quæ inter illas duas species ponit amicitiam uel inimicitiam. capite

N

enim

*Vnde proueniat determinatio ad talē amandum.*

enim decimo 8, de historijs Animalium  
 scribitur, ouiu quas lupus occiderit, pel-  
 les, ac uellera, & facta ex his uestis, lon-  
 ge quam cæteræ, aptiores sunt ad pedi-  
 culos procreandos. & cap. primo 9. de  
 historijs animalium, sanguinem ægithi  
 & Flori seu spini misceri non posse dici  
 tur, innumeraçõ consimilia ab Aristote-  
 le & ab Alberto reliquisq; philosophis  
 referuntur, de quibus si uis esse copio-  
 sus, uideas eos in libris de Animalibus.  
 Sic itaq; hoc fieri contingit: imò una &  
 eadem res potest inducere amorē & o-  
 dium, secundum diuersas dispositiones.  
 utpote uirga Lupi cum nodo inducit a-  
 bominationē, absq; nodo solutionem.  
 fiet igitur secundum hunc modum: exē  
 pli gratia, uirga Lupi est apta inducere  
 solutionem & ligationem coitus, eritq;  
 in potentia equali ad utrumq;: quare per  
 nodum in re factum determinatur ad li-  
 gationem. ex eo quod eadem uirga sic  
 nodata inficitur specie à maleficitate Al-  
 cibiadis uel cuiusvis alterius, sic deter-  
 minatur ad maleficiandum Socratē p odi  
 o Alcibiadis quod nō Clinię. eadē autē  
 uirga

uirga sine nodo, dummodo esset determina a ut suprà, induceret Socratem in amorem Alcibiadis, ubi prius induxisset ad odium dñ nodata foret. existimo autem talem infectionē esse in uirga & non in anima, quoniam plures species hominum cōtingit esse in anima Socra tis maleficiandi: quare secundum illos omnes maleficiaretur Socrates. Vnde determinatio debet esse in instrumēto. Posset & aliter cōtingere, utpote quod uirga lupi nodata faceret apparere Socrati Alcibiadem ualde deformē, ratio ne cuius ab eo despiceretur: manifestū enim est apud omnes quod multa pos sunt alterare medium, ut una res uidea tur esse alia, uel secundum diuersas figura res: & hic modus parum differt à priori, tur alia. & est multum consimilis & rationabili & non extra naturæ opera, imò conueniens operibus naturæ: concessisq; dæmonibus, existimandum est & ipsos hæc operari secundum similem modū. Sciendum tamen est, quod sic induci ad amorem uel odium, potest fieri sine aliquo tali instrumento, & quasi semper

N a isto mo-

<sup>Quæ facile</sup>  
<sup>inducant in</sup>  
<sup>amorem uel</sup>  
<sup>odium.</sup>

isto modo fit; unde nullo alio maleficiā te potest homo sic affici: & isti modi sūt p̄portinōabiles, & habēt fere eādē causam: Socrates nāq̄ Alcibiadē, uerbi gratia, amauit ex aliquo quod uidit in ipso, de quo Socrates delectabatur: hocq̄ in anima Socratis genitū est, nullo alio interueniēte artificio necq̄ uirga lupi necq̄ alio medicamine. Plato autē eūdem Alcibiadē amare potuit, quoniam in eodem Alcibiade idem existimauit: uerū ad generandum hanc existimationem in Platone interuenit maleficium: quare eadem fuit cauſsa proxima, licet remota non fuerit eadem, necq̄ hoc incōuenit, sicut scimus ex rebus naturalibus: Vnde cum consimiles sint cauſſæ proximæ, nihil inconuenit & cōsimiles effectus produci. Et quoniā potest esse, quo una sit ualentior altera, nō est contra rationem, si lason sine artificio malefico plus potuit operari quam Medea cum omnibus suis ueneficijs, & quoniam non omnes homines sunt æqualiter dispositi (nā una medicina multum soluit in uno corpore, quæ aut pa-  
rum

rūm aut nihil soluit in alio corpore) i-  
deo non mirum est, si Vlysses ab artibus  
Circeis potuit euadere: ab illis tamen  
multi euadere non potuissent. Ulterius-  
que infertur, quod ex quo aliqui artifi-  
cio uenefico detinētur amore, aliqui ue-  
rō ex artificio non detinentur, sed sine  
eo detinentur, cum tamen omnes consi-  
miles habeant cauſas proximas, nihil  
inconuenire, sed multotiens cauſas u-  
nius alteri attribuimus, & ē cōuerso, &  
nominibus abutamur: quo fit, ut multo  
tiens, extra rationem amantes, siue su-  
perfluē amantes, dicamus fuisse incan-  
tatos, & ab amatis maleficiatos: & etiā  
uice uersa, maleficiatos dicimus amore  
illorum detineri. Et sicuti maleficiatorū *Maleficiato-*  
aliquos uidemus nō tam esse maleficia-  
tos ut compellātur, sed solum ut impel-  
lantur: aliquos uerō cōpellī, adeō ut sint  
amentes & extra se, aliquando incurrāt  
insaniam, aliquando in grauiſſimas æ-  
gritudines, aliquando moriantur: sic eti-  
am amantium ſine maleficījs aliquos ui-  
demus impelli, aliquos cōpellī, aliquos  
insanire, aliquos infrmari, aliquos ad  
Amantium  
uariet. . .

N 3 mortem

mortem induci: distinguere autē inter ipsos non esset facile, quādoquidem sint maxime similes in accidentibus. Cum itaq; uisum sit quomodo sigillatim ad unūquodq; respondendum sit, concludimus, quod si quis mirabilia & occulta naturę opera considerauerit, uirtutes corporum cœlestiū, Deū, & intelligentias, humana & omnia inferiora curātes,

*Dæmones nō  
esse necessari  
os.*

nihil opus esse dæmonibus, necq; alijs in-

telligentijs uidebit quandoquidem o-  
mnia hæc rectissimè fieri posse per præ-  
nominata uidebit: q; are nec genios, necq;  
particulares hominum custodes pone-

re oportet: Genij enim nihil aliud sunt

*Genius quid  
sit.*

nisi hominū genituræ: quiq; bonas ha-  
bent genituras, bonos habent genios: q;  
malas genituras, malos genios: quales  
fuerunt Bruti & Cassij. Et genius Augu-  
sti potētior erat genio Marci Anto. quo-  
niā meliorem genituram habuit Au-  
gustus quam Marcus Antonius, ueluti  
uates prædixerunt. hoc autem uates si-  
ue mathematici ex syderibus suorum or-  
tuum cognouerunt. Custodes etiam  
hominum sunt ratio & sensus, qui con-  
tinue

*Hominum  
custodes.*

tinuē inter se pugnant. Quantum uero  
sit de resurrectione, nunquid resurrec-  
tio saluari possit per naturalem causam,  
mihi uidetur quod ponentes ani-  
mam immortalem & multiplicatam, na-  
turalis est resurrectio, & arte procurari  
potest. Vnde uidemus Platonem, Zo-  
roast. & omnes magos resurrectionem  
posuisse, ut Marsilius Ficinus de eis ca-  
pite 2. quarti, & capite 12. quintidecimi  
Theologiz Platonis refert. Quare non  
inconuenit hos aliquem posse excitare  
hominem à mortuis. unde Appolloni-  
um Tianæum magum aut sapientem  
appellatum, etiam à diuo Hieronymo  
aliquos resuscitasse, Philostratus in uita  
quam de eodem Appollonio conscri-  
psit, affirmat. Verum, cum manifestum  
sit Aristotelem resurrectionem negasse,  
ideo certissimum est apud eum huma-  
nam animam esse mortalem : nisi fi-  
gmentorum maximum opinionem A-  
uerrois somniemus, uidelicet uni-  
cam in omnibus hominibus esse ani-  
mam: quod intelligibile est. Ex qui-  
bus fit, Magicam & Necromantiam

Resurrectio  
an sit natu-  
ralis.

esse scientias, ueluti Alberto referente  
in 2. suorum mineralium, Zoroastes, A-  
uicenna: & quam plures alij ab Alber-  
to citati illustres philosophi posuerunt.

Quanquam apud Aristotelem animas  
post mortem non remanentes afferen-  
tem, ueram Necromantiam non habeau-  
mus ponere, sed tantum secundum mo-  
dum superius rememoratum. Et fortas-  
sis quoniam harum scientiarum magis

*Magiae ab=* est abusus quam usus, hinc forte dictæ  
*usus.* sunt esse dæmoniacæ, & ab eis dæmoni-  
bus inuentæ, ut non desideretur, & abo-  
minabiles fiant: uelut legitur de Mahu-  
meto in Alcorano, qui dum uino & ma-  
xime rubeo uellet gentibus suis interdi-  
cere, finxit in quolibet uuæ rubeæ gra-  
no habitare unum diabolum. potuit &  
hoc fingi, ut habentes eas artes essent in  
maiori pretio, & haberentur ut dñj. for-  
tassis & isti dæmones siue angelii intro-  
ducti sunt, quoniam cum talia quæ retu-  
limus multotiens uisa sunt, ueluti de o-  
raculis, de omnibus in aëre apparenti-  
bus, & de reliquis recitatis, & rude uul-  
gus ueras cauſas non potest capere, nā  
homī-

*vulgi igno-  
rantia.*

homines isti nō philosophi, qui reuera  
sunt ueluti bestiæ, non possunt capere  
Deum, Cœlos, & Naturam hæc posse  
operari: creduntq; ita esse de intelligenti-  
tis, ueluti de hominibus (non enim nisi  
corporalia capere possūt) ideo propter  
uulgares introducti sunt angeli & dæ-  
mones: quanquam introducentes, mini-  
me posse esse illos, sciebāt. nam & in ue-  
teri lege multa feruntur, quæ uere non  
possunt intelligi ut litera sonat: ut cum  
dicitur Deum esse locutū, & faciē eius  
ferri super aquas. Sed sunt sensus mysti-  
ci, et dicti propter ignauū uulgas, quod  
incorporalia capere non potest. Sermo  
enim legum, ut inquit Auerrois in sua  
poësi, est similis sermoni poëtarum. nā  
quanquam poëtē fingunt fabulas, quę,  
ut uerba sonant, non sunt possibiles, in-  
tus tamen ueritatem continent, ut mul-  
totiens Plato & Aristoteles referūt: nā  
illa fingunt, ut in ueritatem ueniamus,  
& rude uulgas instruamus, quod indu-  
cere oportet ad bonum, & à malo retrahūtur,  
here, ut pueri inducuntur & retrahūtur,  
scilicet spe præmij, & timore poenæ: &

*Modus instruendi uulgas.*

per hæc corporalia ducere in cognitio-  
nem incorporalium, ueluti de cibo tene-  
riori in cibum solidiorem ducimus infâ-  
tes. Quare, à me alienum non est, nec à  
ueritate remotū, Platonem reuera An-  
gelos & demones introduxisse, non quia  
hoc esse crediderit, sed quoniam suum  
fuerit propositū homines rudes instrue-  
re. Tuit enim ueluti Aesculapius corpo-

*Plato animo sum humanorum medicus, sic Plato a-  
rum medicus nimorum humanorum. & quoniam ali-  
apud Gētiles ter rudes homines instrui non possunt,*  
ideò hac uia processit, quandoquidem  
nulla melior esse uideatur, fidemq; ali-  
quā de hoc facit, quod Boetius uir do-  
ctissimus in æditione secūda in librum  
de Interpretatione pollicet̄ Platonē &  
*Concordia tē-  
tata Plato-  
nis & Ariſto-  
telis.*  
Aristotelem in omnibus concordes fa-  
cere: quod & multi alij pollicentur. Vi-  
demusq; Themistium in libro de Cœ-  
lo, ut refert Auerrois, cum defendit Pla-  
tonem, uult ambos idem sensisse, sed tâ-  
tuū uerbo differre: hoc tñ in totū non  
affirmo. & sic dictum sit de secundo pro-  
posito, uidelicet quo modo Aristoteles  
saluauit talia experimenta. Superest mo-  
do dice

do dicere de tertio, uidelicet, cur de his aut parum aut nihil ab Aristotele determinatū sermonem habeamus? Quamvis de hoc nullam certā caussam habeo, quas tamen existimo, adduco: fortassis quod aliqua erit ueritati propinqua. Dico primò possibile esse, quod morte preventus, nō potuit scribere de plurimis, nam in uiridi senecta ē uiuis decessit, ut refert Laertius 62. anno suæ uitæ obiit. Secundò dico, possibile esse de his ex intentione nō scripsisse, metuens uitæ suæ. ferunt namq; teste eodē Laertio, in Calcydem se contulisse, & Athenas reliquisse, quoniam quod male sentiret de Dijs apud Atheniensium magistratum fuerat accusatus: quare, ferunt dixisse, Nolo Athenienses bis in philosophiam pecare. nā & ante Socratem interemerant. Cum itaq; ueluti uidimus, hæc positio ex toto auferat Deos, per gentilium & cæteras leges non tutò hæc propalasset: nā auferretur resp publicæ, & sacerdotes in nihilum uerterentur. Eorum autem semper fuit maxima potentia. quare cum semper philosophi suspecti fuerint  
de reli-

de religione, ut Plato in *Apologia* refert, ideo aut in derisionem aut in odiū semper habiti sunt. Plutarchus enim in uita Niciæ sic scribit: primus autem qui Lunaris umbræ atq; luminis causā deprehendit, ac literis mandare ausus est, Anaxagoras fuit: qui necq; multo ante tempore claruerat, necq; in uulgo adhuc opinionis eius fama prodierat: sed inter paucos admodum uersabatur, qui non sine metu talia proferre audebat, necq; enim facile de rerum natura sermones populus admittebat, sed eiusmodi studijs deditos homines inani labore tēpus conterere arbitrabatur: cum in his rebus perquierendis laboratur, quas nihil rationis in se habere ac nullatenus ab hominibus peruideri posse putabant: tum uero talia quærentes impietatis criminis suspecti habebantur, quasi diuinū numē quibusdam necessitatibus ac terminis circumscribere uolentes. Itaque Philosophi & Pythagorā Athenis pulsū fuisse ab Athenis constat. & Anaxagoras in carcerem du pusi uel oc- etus uix à Pericle, quamuis in maxima contentione laborasset, seruari potuit Socra-

Socrates, licet horum sententiam non profiteretur, tamē propter philosophiā damnatus, interiit. Posteris uero temporebus egregia apud omnes opinio de Platone uulgata, cum propter admirabilem uitae sanctimoniam, tū quod diuinō numini tanquam præstantiori naturæ necessitatem obtenerare dicebat, omnes philosophiæ calumniias et abstulit, & auditoribus suis omnia quasi arca na naturæ patefecit. hęc ille. Ex quibus patere potest cauſa, cur Arist. aperte locutus non fuerit. genus nanci哲 philoſophandi per enigmata, metaphoras & fictiones maxime à Platone uisitatum dā nauit Arist. & extoto à ſe reiecit. Quare nil mirum si Plato à uulgaribus & Sacerdotibus fuerit exaltatus, Arist. autem repulſus & depreſſus. tertio dici potest, Aristotelē hanc partem reliquissimā, quoniā per eius dicta intelligi poterat, ueluti nos fecisse fortasse ſuscipcamur, q̄ ex his quę ſparsim dixerat in diuersis locis, ſolutiones ut potuimus, qualeſcunque ſint, in unum collegimus. Cur autem Aristoteles peculiarē sermonem & dif-

Egregia de  
Platone op̄i  
nio apud A  
thenienses  
unde

& diffusum de hoc habere noluerit, fuit,  
ne arcana philosophiae uulgaribus in

*Aristoteles  
cur aperte de  
secretioribus  
loqui nolue-  
rit.*

derisionem haberentur, & ut apud ho-  
mines philosophia maioris esset existi-  
mationis, ueluti Arist. referente Plutar-

cho in uita Alexādri magni in quadam  
Epistola scribit ad Alexandrum quæ sic  
incipit: libros Auscultationis, &c. quæ  
tota ponitur à Themistio in proœmio  
Paraphraseos librorum de physico Au-  
ditu. quām autem honesta & urgentissi-  
ma fuerit hæc cauſta, uideas quæ à Pla-

*Platonis Epi-  
stola.*

tone scribuntur in quadam Epistola ad  
Dionysium Tyrannum Siciliæ, quæ sic  
incipit: Audiui ex Archedemo &c. Cir-

*Quæ uulgo  
non spargen-  
da sint.*

ca finē Epistolæ sic dicitur: Cauē tamen  
ne excidant hæc unquam in aures homi-  
num disciplinæ eruditioñisq; expertiū.  
Nulla sunt em, ut mea fert opinio, quæ  
dicta ad populum magis ridicula uide-  
antur: neq; quæ apud ingenuos prolata  
magis mirabilia & diuina. Sæpe uero di-  
cta semperq; audita & multis annis, uix  
tandem uelut aurum cum magno labo-  
re purificantur. Nam quod in hac re mi-  
tabile contingere consuevit, id audi-

funt

sunt complures homines qui ista iam audierunt: pollentes acumine, pollentes memoria, in examinando & iudicando solertes, prouecti iam ætate, neque minus triginta annis hæc audierunt. Hi tamen affirmant quæ auditu quondam incredibilia maxime uidebantur; ea sibi nunc primum ualde credibilia uideri atq; per spicula: & quæ tunc probabilissima, ea nunc sibi contrâ uideri: hæc igitur intuens, caue ne quando te pœnitentia eorum quæ tibi indigne nunc exciderunt. Maxima uero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Nam quæ scribūtur, contineri nō possunt. hac de cauſa nihil ego de his scripsi unquam, neque est Platonis opus præscriptum aliquid, necq; erit. Quæ autem modo dicūtur, Socratis sunt: qui uir etiā dñi iuuenis esset, uirtute claruit: hæc ille. Quarto dici potest, hoc fecisse: forteq; qd est liber ille de quo Albertus memorat in fine libri *Liber Alberti de licitis libris & illicitis.* dicit em̄ Alber ti de libris licitū Arist. scripsisse librū ad Alexadrū, q̄ tis & illicitis inscribit de morte aiæ: in q̄ multa ponūtur aduersi Deos, Leges, et Sacerdotes & liber

& liber iste fortassis per sacerdotes gen  
tilium, & fortassis per nostros pōtifices  
penitus extirpatus est. Platina enim in  
libro de uitis Pontificum scribit, per Pō  
tifices multos libros fuisse extirpatos.  
quare, nihil impossibile, si iste liber esset  
unus de illis, cum maxime Sacerdoti-  
bus aduersaretur. quare &c.

*Caput XI. in quo ponuntur dubitationes adver-  
sus ea quae dicta sunt, ad pleniorem in-  
telligentiam eorum quae  
dicta sunt.*

**P**rima itaq; dubitatio est, quoniam  
non uidetur quod istae solutiones  
sint ad mentem Aristotelis, quas tamen  
esse ad eius intentionem diximus. sup-  
positum namq; fuit, Deum curam gere  
re horum inferiorum & præcipue homi-  
num, & inter homines maxime uiros il-  
lustres curare. Verum hoc non uidetur  
esse uerum, quoniam si Deus infe-  
riora curaret, non curaret nisi intelligen-  
do & uolendo: aut igitur intellectione  
uniuersali, aut particulari: Si uniuersali  
per

*Quomodo  
Deus hæc in-  
feriora cu-  
ret.*

per quid determinatur ad hoc & nō ad illud: & si singluari, cur magis ad hoc & ad illud determinatur? & cur magis nūc quām prius? profectò nō uidetur quid dici possit: immò argumenta quæ facta sunt aduersus dæmones ista operantes, pariter uidentur procedere contra hāc opinionem: quare, ut uno uerbo dicamus, quid apud ponētes dæmones est, quod in hoc proposito difficultatem faciat, quod & huic nostræ positioni non aduersetur? Secunda dubitatio est, quo- *Secunda du-  
bitatio.*  
 niam dictum est, Deum & intelligentias hæc mundana & sublunaria non mo-  
 uere & gubernare nisi mediantibus cor-  
 poribus cœlestibus: hoc enim neq; Ari-  
 stoteli consonat, neq; rationi. Aristoteli  
 quidem, quoniam in libro de bona For-  
 tunâ ponit primū motuum Volunta- *Voluntatis  
tis esse Deum: sic enim scribitur: Ratio-*  
*primū mo-  
tum Deus*  
 nis autem principium, non ratio, sed ali-  
 quid melius. Quid igitur erit: utiq; me-  
 lius scientia & intellectus. uirtus enim  
 intellectus organum. Auerrois quoq;  
 in libello de diuinatione somniorū po-  
 nit talia somnia fieri ab intelligentijs, nō  
 O come.

commemorando corpora cœlestia. A  
uicennam autem prætermitto, qui ex-  
presse ponit uoluntatem humanam im-  
mediate à Deo & intelligentijs moueri.  
Rationi & hoc nō consonat, quoniam  
uoluntas est immaterialis, non affixa or-  
gano: quare, non uidetur subiecti corpo-  
ribus cœlestibus, cum agens præstanti-  
us passo sit: & incorpore præstantius  
sit corporali. quare potior uidet uia A-  
uicennæ ponentis uolūtates humanas  
à Dijs immediate moueri, non concur-  
rentibus corporibus cœlestibus, quod  
& ulterius firmatur: Nam secundum A-  
ristotelē corpora cœlestia de necessitate  
mouentur, liberum arbitrium ab ipsis,  
quod tamen aper tè aduersatur eidē Ari-

*Tertia dubi* stoteli nono metaphysicæ. *Tertia dubi-*  
*tatio* est, quoniam dictū est, uates, pro-  
phetas, & qui dæmoniaci uocantur, &  
reliqua huiusmodi generis pro caussa  
effectiua habere corpora cœlestia: & p  
materiali caussa dispositiones ex parte  
suorum corporum. Verūm istud non ui-  
def rationabiliter dictū: quoniā uel isti  
uates & sic prophetātes semper sunt in  
tali

tali dispositione, uel non semper sunt: si detur primū, primo hoc falsum apparet ad experimētū: nō eīm sunt in tali dispositione, nisi cū Deo implētū iuxta illud Virgilij in sexto Aeneid. At Phœbi nō dum patiēs īmanis in antro Bacchaū uates, magnū si pectore possit Excusisse Deū. tāto magis ille fatigat Os rabidū, fera corda domās, fīngitq; pīmēdo. Secū do quoniā diuus Thomas in libello de Vatū & simili occultis naturæ opibus dixit qd inest a lium caussa, licui semper & ex impressione facta in eo, naturaliſ cuilibet eiusdē speciei inest, sed aliquibus secūdum magis, aliq; bus uerò secūdum minus: quod manifeſtē falsum apparet in proposito. nō eīm nisi paucissimi prophetæ sunt. si uerò detur secundum, non minus & hoc uidetur esse falsum, tum quoniam idem Thomas in eodem loco dicit, quod talia nō operātur per aliquid impressum in eis, sed solum mota à superiore mouente: Sicut aqua maris non fluit & refluit ex qualitate impressa à corporibus cœlestibus, sed quoniam tantūm mota est à cœlo, & Sanctorum reliquiæ si fa-

nant aliquem, non sanant per uirtutem existētem in reliquis, quoniam sic omnes reliquiæ facerent: quod est apertū mendacium. Et similiter quod annulus impressus charactere Iouis uel cuiusvis idoli expellat febrim ab aliquo, nō est ex uirtute impressa in annulum, sed ex angelorū uel dæmonū uirtute hæc sunt: quare neq; in proposito secundum istā rationem ex uirtute impressa sic operabitur. Ratio autem mouens diuī Tho-  
*Quid opere mam ad hoc est, quoniam quod operatur ex natura ex naturali impressione, ideo sic operali impressio= tur, quoniam talis impressio inest omni ne.*  
 bus eiusdem speciei: hoc autem falsum est, ut patet ex alia cauſa. Amplius hoc improbatur, quoniam mirabile est, & omnino cōtra rationem uidetur, quod  
*Ex ijsdē caus existentibus eisdem cauſis, tamē diuer- sis ijdem se- si sequantur effectus: nam, exempli gra- quuntur effe tia, Dianā Ephesiam aliqui consulebāt atus.*  
 de filijs, aliqui uero de beilo, aliqui de mercatura, & sic de reliquis. modò manifestum est istos esse diuersos effectus, eisdem existentibus cauſis: nam ex parte agentis eadem sunt corpora cœlestia:  
 expar-

**ex parte passi**, idem: quoniam idem uates, ut supponitur, & consimilis dispositio. non enim uidetur unde nasceretur illa diuersitas dispositionis. Amplius ad mirabilitatem facit, si est in earum potestate sic disponi quomodo est, & quid illud est: quare etiam diuus Thomas in eodem loco citato credit annulos uel quod sit figuratum ex arte, nihil operari ratione illius figuræ, neque ex illa figura magis recipere à corporibus cœlestib⁹ quam non sic figuratum: quoniam que ex arte fiunt, neque sequuntur materiam neque formam. consimiliter & de uerbis prolatiis dicit, quoniam uerba nihil habet immutare nisi auditum. quod si intellectui illi quid significatur, hoc est ex anima imponente eis significationem. Manifestum autem est, talem operationem non posse facere, ut ligere Socrate ne coeat cum Helena: quare nec annuli sic figurati, neque uerba sic plata aliquid faciunt ad tales effectus: sed hoc fuit à uirtute separata, utpote ab angelis bonis in sanctis orationibus, à dæmonib⁹ uero cum committitur idolatria. Vn-

O ; dese-

de secundum eum oratio non inducit sanitatem: sed bonus angelus uidens cor orantis, sanitatem inducit. & ita characteres Iouis in annulo, & uerbum prolatum ab incantatore nihil operantur: Sed dæmon uidens istū seductum, operatur. hæc autem aduersari ui-

*Quarta dubitatio.* dētur nostris dictis, ergo &c. Quarta dubitatio est, quoniam illud quod dictum

est de diuo Cœlestino, nō uidetur sufficere, & per consequens neq; de illis similibus, cum in eandem caussam referantur. Primo quidem, quoniā si ex orationibus & precibus Aquilanorum remoti siue fugati sunt imbræ, non uidetur in quo genere caussæ preces Aquilnorum hoc fecerint: nam non est dicere

*Orationes Aquilanorū* oratiōes effectiue hoc fecisse, ueluti sol fugat nebulas, hoc enim uidetur purū an fugarint esse figmentum: nam non mouendo lo-

caliter neq; alterando utpote exsiccando: quoniam istud nullam uerisimilitudinem habet, ueluti manifestum est. neque etiam preces Aquilanorum corpora cœlestia mouerunt, ea inducendo ad fugādos imbræ, quoniā remotius est &

stultius,

stultius, ut de se notum est. nullus igitur  
relinquitur modus nisi mouendo intel-  
ligentias & eas flectendo, ueluti subdi-  
ti & orantes mouēt maiores: & hæc est  
religiosorum opinio, quæ nō potest sta-  
re cū opinione recitata: nā ponūt intel-  
ligētias inflexibiles, & eas de necessita-  
te mouere corpora cœlestia. Quare ra-  
tio non uidetur stare posse. eodem argu-  
mento cōuincitur orationes Aquilano-  
rū nō fuissē cauſam, cur diuus Cœlesti-  
nus apparuerit nisi flectendo angelos,  
uel uerius ipsum diuū Cœlestīnū ad ta-  
lem mirabilem uisionem, quod religio  
Romana aperte uult. ampli⁹, quod iste  
modus nō sit conueniēs, manifestatur:  
nā posset esse quod Bononiæ cōsimilis  
casus cōtigisset, ubi Bononiensium pre-  
ces directæ fuissent ad diuum Petroni-  
um urbis suæ patronum. modo diuus  
Cœlestinus cum fuerit summus Po-  
nitex, alijs ornamenti debuit apparere  
quā diuus Petronius, cū tantū fuerit E-  
piscopus, & fortassis unus fuit paru⁹ &  
alter magnus: & sic de reliq⁹ differētij⁹.  
unde ergo ijsdem existētibus corporib.

O 4      cœlesti

cœlestibus, eodem uel saltē consimili  
existente aëre ranta caussata est diuersi-  
tas: & cur Cœlestinus nō apparuit Bo-  
noniæ, & Petronius Aquilæ: certenul-  
la uerisimilis potest assignari causia, ni-  
si quæ à religione assignatur, uidelicet,  
quod Angeli boni hoc fecerunt, uel ipsi  
met sancti, non autem quod fictum est

*Quinta du-bitatio.* de corporibus cœlestibus. Quinta dubi-  
tatio est, quoniam dictum est genios ni-  
hiū aliud esse nisi genituras: quod si bo-  
nam habent geniturā homines, bonos

*Genius cuius que quid sit.* habent genios: si uero malam, malos. ue-  
rūm istud nedum est falsum, uerūm &  
contra Aristotelem, sic enim periret li-  
berum arbitrium: quoniam quod Bru-  
tus infecile habuerit exitum, fuit ex sua  
genitura mala: quod uero Augustus fe-  
licem habuerit exitum, fuit ex ortu suo  
bono. quare neq; Brutus uituperādus,  
neq; Augustus laudandus est: & genus  
demonstratiuum apud Rethores peri-  
ret: quod est manifesta fatuitas. Ampli-  
us, nō est existimādū ab ipsis optimis in-  
telligētijs, et optimis corporib. cœlestib.  
posse maleficia prouenire: quando qui-  
dem

dem à bono nisi bona procedant: & A. A bono bo-  
uerrois 10. metaphysices comment. 19. na procedere  
manifestè damnat Astrologos talia asse-  
rentes: essetq[ue] duos deos introducere,  
quorum unus esset caussa boni, & alter  
caussa mali, qui fuit error Fausti, destru-  
ctus per diuum Augustinū in libro pe-  
culiari, & etiam damnatus à Commen-  
tatore. 12. metaphysices cōment. 51. Sexta dubita-  
ta dubitatio est, quando concessum est tio.  
maleficia compellere uoluntatē, quod voluntatem  
nedum falsum est, uerūm & Aristotelī i= non compelli  
psū manifeste aduersatur in primo Poli-  
ticorum suorum, ubi dicit, quod domi-  
nus & inuictissimus est animus. & Boë-  
tius 2. de consolatione, quis inuicto ani-  
mo iniuperabit: etiā peccata & uirtutes  
non essent in nostra potestate, quando-  
quidem maleficia possunt nos inducere  
in illicitos amores, quos esse peccata nō  
est dubium. Septima dubitatio est, quo  
niam nō omnes modi incantationis ui-  
dentur esse rememorati: Maro nanque Incantationis  
narrat socios Diomedis à Troia reuertē modi omisi-  
tes, in aues suis conuersos: quæ longo  
tempore pōst, circa Diomedis templū

O 5 uola-

uolabant. narrat etiā quod Circe famo-  
sissima Maga socios Vlyssis mutauit in  
bestias: Et quod Arcades quodam sta-  
gno transito uertebantur in lupos. hæc  
autem in aliquam caussam naturalē nō  
uidetur posse referri: quare, præter intel-  
ligentias & corpora cœlestia, necessari-  
um est dare unum immediate agentem,

& dare angelos & dæmones. Octaua  
dubitatio, quoniam dictum est oracula  
falsorum deorum tempore non fuisse  
facta per dæmones, sed naturaliter à cor-

*Oracula non* dari à corpo-  
*ribus cœlesti* tur uerum, quoniam quæ naturaliter fi-  
unt, aut semper aut in pluribus fiunt. ue-  
bus.

rūm post aduentum Saluatoris hæc ora-  
cula cessauerunt, & tandem in nihilum  
redacta sunt. uerū si hæc facta fuissent  
à cœlo, & que nunc essent ut tunc fue-  
runt: quandoquidem eadem corpora  
cœlestia sunt nunc, quæ tunc erant. un-  
de eiusmodi effectuum non uidetur es-  
se aliqua uerisimilis caussa, nisi quoni-  
am illæ siebant uirtute dæmonū, & post  
Saluatoris aduentum cessauerunt, nam  
diabolus expulsus est, iuxta illud Ioan-  
nis

*Octaua.*

nis 12. nunc princeps huius mūdi ejicitur foras: & Augustin. 4. cap. 22. de Ciuitate Dei ex sententia Ioannis in Apocalipsi demonstrat dæmonem fuisse ligatum in aduentum Saluatoris. quare minime est cauſsa ibi adducta.

Nono & ultimo, aliquis fortassis nos calumniabitur, quoniam nos philosophiam profitentes historiam conteximus, cum Plutarchum, Liuium, Suetoniū, & plures alios toties citauerimus: imo quod magis uitiosum uidebit, poetas, qui à uirtute sunt remotissimi. quare maxime damnandi uidentur, ergo &c.

*Caput 12. in quo respondetur ad dubitationes propositas.*

**S**At scio me in tam arduis argumentis Philosophiae stationibus & in tam arcanis naturae imperitis non rebus philosophiae imperitis minime satis fieri. tisfacturum, imo teste Platone Epistola per nos citata ad Dionysium, nihil est quod magis Philosophiam ridiculam faciat, quam tam diuina agrestibus & prophais uiris uelle persuadere: neque hoc iratio-

*Quid philosophiam redat ridiculam?*

rationabiliter contingit. cum enim tum ex disuetudine audiendi, tum ob ingenij hebetudinē hæc minime capere possint, in philosophos & in philosophiam culpam transferunt: quo sit, ut cōuitijs & irrisiōibus eos prosequantur: imo quod deterius est, ex urbibus expellat, trucidat, & prorsus exterminet. qualis apud philosophiæ alumnos habendus sim satis uereor. hæc namq; difficultates, ut mea fert opinio, tales & tantæ sunt, ut quemuis quantūcumq; consummatum philosophum defatigaret, quare, si rei ipsi non satisfacero, saltem posteros promouebo ad complementū. Rogoq; eos hæc mea scripta non temeritati, sed amori in philosophiæ studium ad scribant. Tentabimus itaq; ad unāque dubitationem propositam respondere.

*Ad primam*

Ad primam itaq; cum dicitur, Deum & intelligentias hæc talia operari nō posse nisi uolendo & intelligendo: huic dicimus hoc uerū esse: sed Deum & intelligentias omnia intelligere per suas essentias, sic uidelicet quod Deus ipse semper se intelligit, quoniam ipse est intellectus,

*Difficultates  
maximas in  
hoc libro tra-  
ctari.*

*Deus quo-  
modo omnia  
intelligat.*

tellectio: reliqua uero intelligit, quoniam omnium aliorum est causa. Ceteræ uero intelligentiæ primo se per se intel- *Intelligentiæ*  
ligunt, & in seipsis intelligunt superio= quomodo ita-  
ra, quoniam sunt effectus superiorum. *telligent.*  
inferiora uero in seipsis, non extra, intel-  
ligunt: quoniam sunt causæ inferiorū.  
hec enim, ut recte sentit diuinus Thomas,  
fuit opinio philosophorum & maxime  
Peripateticorū. Ulterius dicitur ipsos  
exactissimam & perfectissimam de u-  
naquaque re sublunari scientiam habe-  
re. Vnde nulla est species in mundo, que-  
cunque sit illa, de qua non cognoscant  
quidquid de eis est cognoscibile: sunt  
enim horum omnium sublunarium ar-  
tifices. artifex autem nō producit suum  
artificiatum nisi per cognitionem. qua-  
re sapienter dixit Auerrois 12. metaphy-  
sicæ, scientiam immaterialium à nostra  
scientia differre, quoniam ipsorum sci-  
entia cauſat res: nostra autem à rebus caus-  
atur: unicaq; specie, ut ita loquar, homi-  
nem uniuersaliter intelligit, & non alia  
Socratem, alia Platonem. Verum quod  
faciat hunc & non illum, est ex determi-  
natione

nationes situs corporum cœlestium, & temporis diuersitate. nam sublunaria omnia aut simpliciter aut quo quomodo sunt in loco et in tempore: ex quibus patet ea quæ aduersus opinionem aliorū adducta sunt, nihil ad hanc contrariari: nam & per suas essentias intelliguntur hæc inferiora, cū sint horū cauſæ: quod dici non poterat pro illa opinione, universalisq; eorum conceptio determinatur per locum & tempus pro singulariū opere. neq; opus est si Deus uel intelligentia Socratem producat, ut nūc intellegat particulariter Socratem & hoc instans, ueluti abundē diximus in nostra

*Authoris Apologia;* quare, breuiter hīc per trāseo, ne bis idem dicatur: oppositū uero ponitur ut manifestū est, ab altera opinione. nam uult proprijs conceptibus intellegere, neq; dæmones eorum esse causas nisi secundum modum prius exposi-  
*Ad secundā* tum. Ad secundam dicitur, quod quam-  
quam multi ex recentioribus illud asse-  
rant, mihi tamen nullo modo uidetur  
hoc posse stare ad intentionē Aristotelis:  
si nanq; Deus & intelligentię in hęc in-  
ferio

feriora sine medio agerent, tūc totus o- Scopus octa  
 ctaus physicorum infirmatur, īmō de- ui libri phy  
 struit. innititur enim illi medio, scilicet, sīcorum.  
 quod ab agēte immobili nō potest pro  
 uenire nouum, nisi mediāte motu anti-  
 quo. hoc autē totū destruitur: quādoq-  
 dem modis antiquius secūdum istos nī  
 hil proficit ad tales motionē. immedia-  
 te enim Deus mouet uolūtatē ut ferūt:  
 neq; est fingere quod in uolūtate opor-  
 tet dispositiōem p̄cess̄e ut moueatur à  
 Deo: quāquam nō interueniat agēs me-  
 dium: quoniā prima uolūtatis motio est  
 à Deo ut ipsi ferūt: quare prius nō debet  
 ēt esse ab alio quām à Deo mota. Ampli-  
 us, si, quando Deus uolūtatem mouet,  
 uolūtas debet ēsse disposita, utpote mo-  
 ta prius ab intellectu, nō mouet autem  
 uolūtatem intellectus nisi cognoscens,  
 nō cognoscit nisi prius phāntasia ipsum  
 mouerit, phantasia autem cum sit orga-  
 nica, cœlo subiçitur, ergo Deus nō mō-  
 uet uoluntatem nisi mediantibus cor- Voluntatem  
 poribus cœlestibus. quare dicēdum est, quomodo De  
 Aristotelem & Auerroem intellexisse us moueat se  
 Deum & intelligentias mouere intelle- cūdū Aristot-  
 etum

ctum & uoluntatem tanquā prima mo-  
uentia, non tamen sine corporibus cœ-  
lestibus: neq̄ in prædictis locis oportet  
bat de corporibus cœlestibus mentio-  
nem facere, quoniam libri illi supponunt  
Octauum de Physico auditu. quod autē  
adducebatur de ratione, primo quoniā  
intellectus & uoluntas non subiiciuntur

*Quomodo corporibus cœlestibus, dicitur qd quā-*  
*intellectus & quam primo & per se eis non subiiciantur*  
*uolūtas astris tur quatenus intellectus & uoluntas, ta-*  
*subiiciantur. men quatenus humanus intellectus uel*  
*humana uoluntas subiiciuntur, quoniam*  
*sine corpore operari non possunt, saltē*  
*ut sunt unita, quoniam de animæ i mor-*  
*talitate hīc non dispuo. Quod etiā se-*  
*cundo dicebatur, quoniam uoluntas co-*  
*geretur, & de necessitate eligereſt quid-*  
*quid eligeretur, huic dicitur negando*

*Quomodo illatum. nam quanquam uoluntas sine*  
*uolūtas ſit li= re corporali nō potest in opus exire, eſt*  
*bera. tamen ſupra res corporales in eligēdo:*  
*partim enim eſt materialis, quia ſine re*  
*corporali operari non potest, partim eſt*  
*immaterialis: quare ſupra corpus opera-*  
*ti potest: indiget enim corpi ut obie-*  
*cto,*

cto, & nō subiecto: ueluti in tractationi  
 bus nostris de immortalitate animæ di-  
 ximus. Hic tamē esset ardua difficultas  
 de terminante ipsam uolūtatem: sed de  
 hoc alibi. Ad tertiam autem difficulta-  
 tem, in qua queritur de illa dispositione  
 per quam uates, Sibyllæ, & dæmoniaci  
 tam mirabiles faciunt operationes: dici  
 tur primò tales hominies ut in pluribus  
 ex sua genitura esse talī dispositos: qua-  
 re eam contraxere ex principijs genera-  
 tiōis, uerūm satis remotè & quasi in po-  
 tentia: quare cum actu uaticinātur. prē-  
 ter illam remotam, habēt aliam propin-  
 quam dispositionem, ut manifestum est  
 ex Sibylla à Virgilio memorata in sex-  
 to Aeneidos: nīsi enim Deo implere-  
 tur, & fureret, responsa non dabat. hoc  
 autem erat ex illa dispositione propin-  
 qua, per quam habilitantur ad suspicien-  
 dum diuinos aflatūs: cum actus actiūo-  
 rum sint in paciente disposito: & inde  
 prouenit ut non semper tales uates uati-  
 cinentur, cum nō semper sint dispositi,  
 & aliquando magis, aliquando minus,  
 secūdum meliorem passi dispositionē,

P uel

Vatū & Si-  
byllarū dis-  
positio unde

uel corporum cœlestium. diuersitas nāque situum, utpote coniunctionum uel oppositionum in eiusmodi effectibus, multum diuersificat effectus. Vulgares autem hoc attribuūt Deo irato uel propitio. Existimant enim cum nō possunt uaticinari, tunc dæmonem esse iratum: cum adundē uaticinantur, tunc dæmonem esse lētum: ueluti essent homines ipsi spiritus, modò lāti, modò tristes. Idē quoq; apparet de Elisæo, qui rogatus à rege uaticinari nō potuit, nisi prius manu imposta super Psalteriū, ut deueniret ad ultimam dispositionē. quāuis enim Elisæus ex natura esset uates, nō de modo ad ua ducebatur tamen ad actum illū, nisi ex ticipinū dis illa immediata dispositione. & perinde poneretur. est ueluti aliqui homines, qui & si sint ex natura proni ad acto Veneros, tamē priusquam ad illos actus deueniāt, per tractant mamillas, osculātur, ut spiritus & sanguis calefiant, & in ultima dispositione fiant ad tales actus. si itaq; cū queritur, per quam dispositionem huiusmodi uaticinia operentur in genere caussæ materialis, dicendum est illam remo-

tam

tam & illam propinquam esse, de quibus diximus: quantum uero ad formam & effectuam, est cognitio & similitudo rerum habita a corporibus cœlestibus. Vnde ueluti per quietem & in somno homines admonentur de præteritis, præsentibus, & futuris ab ipsis intelligentijs, mediantibus corporibus cœlestibus. sic isti uates, & omnia huiusmodi generis admonentur ab eisdem, neque magis conuenit de uno quam de alio. manifestum est autem hoc multotiens contingere in somno. Certum est enim multa experimenta in medicina secundum modum hunc fuisse reperta, & multas artes, & multa alia humano generi proficia: quare nihil inconuenire & talia in his fieri uatibus, ueluti Plato in lone dicit, sint que dormientes, siue uidentes. Et isti ueritas. uates ualde similes in dispositionibus sunt: ferè enim omnes sunt melancholi: quanquam diuersificantur secundum plus & minus. nam inter eos aliqui sunt qui tantum dicunt, & nesciunt quid dicat, et sunt ueluti bestie, ut coruji uel cor

niculæ, picæ & huiusmodi: aliqui autem  
præter quod hæc dicant & uideant, sci-  
unt interpretari & somnia & oracula. al-  
li qui uero tantum sciunt interpretari, sed  
non habent ut uideant uel dicant, sicut  
Ioseph & Daniel fuisse existimantur:  
Deorum namque dona dispersa sunt, &  
nullus est qui omnia habeat. somnian-  
tes autem & uaticinantes isti sunt uelu-  
ti propinqui, & habent ferè consimiles  
causas, tantum differentes secundum  
magis & minus. mirumque est multos ho-  
mines hæc concedere de somnis & ne-  
gare de oraculis, cum causæ sint ita pro-  
pinquæ & tam consimiles. diximus au-  
tem in principio ut in pluribus homi-  
nes tales duplii dispositione esse affe-  
ctos una scilicet à principio nativitatis,  
altera uero ex tempore acquisita: quoni-  
am multi efficiuntur uates post ortum,  
ubi prius erat ad hoc ualde indispositi:  
ueluti fuerunt illi duo poëte, de quorum  
uno memorat Plato in Ione: de altero  
uero Aristot. in i. prob. 30. sect. ueluti su-  
perius adduximus. nam primitus erat am-  
bo rudes ualde, cū sanguinei essent: po-  
stea

stea effecti melancholici, in clariss. poetas euaserunt. Contingit & à primæuo ortu tales uaticinari, ueluti aues & corniculas nescientes aliquid, necq; intellgentes: ueluti existimandum est de illis duobus pueris, quorum unus natus est ante exitum Saguntinorum, alter uero ante destructionē regni paterni, dè quo meminit Hali in libro nativitatū, & de ambobus superius sermonē habuimus. multis & fere infinitis modis hoc cōtingere potest secundum diuersitatem sitū um corporum cœlestium, & diuersitatē dispositiōis passi. quod si sigillatim narrare uellemus, necq; utile eslet, necq; possemus: uerū diligens inquisitor secundum quod sibi fuerit conueniens & expediens indagabit, & secundum propriū modum adaptabit. cumq; ulterius quærebatur, an sit in sic uaticinantium potestate sic disponi & uaticinari, huic dicitur quod non simpliciter: est enim *An uates se Deorum munus & corporum cœlesti, p̄sos disponantur.* dico tamen iuxta Victorini rhetoris sententiam, sicut natura adiuuat artem, sic & ars naturam: quare, multa cō-

suetudo, & horū sollicitudo , & reliqua  
 huiusmodi generis , multum adiuuant  
 se: quare, ambo simul coniuncta perfici  
 untur, ubi reperiātur cetera paria. quod  
 autem dictum est, non omnino esse in  
 potestate uaticinantis sic uaticinari, ma-  
 nifestum est, cum multotiens uolunt &  
 non possunt, siue sit ex indispositione i-  
 porum, siue ex diuersitate situs corpo-  
 rum cœlestium. undefit, ut illa oracula  
 non semper reperiantur uera: quoniam  
 stellæ non sunt semper secundum eun-  
 dem & unum motum: & uulgares attri-  
 buebant hoc numinibus iratis, cum ue-  
 ram causam ignorarent. Sed hec est cō-  
*vulgi mes.* suetudo uulgi , ascribere dæmonibus  
 uel angelis quorum cauſas nō cogno-  
 scunt. Cumq; ulterius inferebatur, hoc  
 non esse possibile, quoniam cum idem  
 sit agens uidelicet corpus cœleste, idem  
 passum, utpote uates, semper idem esset  
 uaticinium uel somnium , quod tamen  
 non est uerū. Profectò ex his quæ dicta  
 sunt, non est graue soluere . Deus em nō  
 tantum unius est cauſa, uerū omnium.  
 quare & omniū uaticiniorū cauſa est,  
 secun-

secundum tamen alteram & alteram dispositionem cœlorū & dispositionem passi, dat unum uaticinium: et secundum alteram alterū, modò corpora cœlestia, ut Nigidius figulus dicebat, nunquam *Corpora cœ* in eodem statu permanent. Quare *cœlestia nūquā* uersi situs corporum cœlestium conti- *in eodē sunt* nuè uariantur. passi quoque dispositio cū statu. fluxibilis sit, etiam in continua uariatio ne: diuersaçque est interrogatio facta de bello, ab ea quæ est de ubertate. et sic suo modo dicatur de reliquis. Modò quis est tam philosophiæ expers, qui nesciat secundum dispositionum uarietatem, & effectus uariarite? Et quoniam ulterius ex sententia diui Thomæ dicebatur, quod uates & homines hæc talia non operan tur, sed sunt ipsi dæmones, quamuis homines existimetur esse: ueluti sanctorū reliquiæ multos egros sanat, cum minime reliquiæ sint illæ quæ sanitatem indu cat. nihil est enim in reliquijs quod sanitatem inducere possit, sic em omnes reliquiæ sanarēt, quod manifestè falsum est. Verū sunt ministri Dei, qui ex precibus suorū deprecatiū, uirtute Dei, hæc mi

racula faciunt. quare existimantur reliquiae sanare, cum nihil operentur. sic in oraculis, homines non loquuntur neque aliquid faciunt, uerum dæmones talia operantur ex idolatria commissa à cupiditatibus scire quod petunt. Huic dicitur, quod quantum sit de reliquijs, ille modus de sanitate inductus non est uerus: quomodo à uerum secundum alterum duorum modorum reliquijs in dorum contingit hoc fieri: uno quidem modo ex imaginatione credetis: uisum est enim superius, & Medici ac philosophi hoc sciunt, quantum operetur fides Fides sanandi & imaginatio sanandi & non sanandi. di, quantum Vnde si essent ossa canis, & tanta et talis de eis haberetur imaginatio, non minus subsequeretur sanitas. immo multa corpora uenerantur in terris, quorum animæ patiuntur in inferno, iuxta Augustini sententiam. Alter modus est, quoniam quanquam homines sint eiusdem speciei, non tamen eorum dispositiones sunt omnes tales: immo aliquando habent dispositiones contrarias. aliqua enim animalia, uel plantæ, uel quomodounque sint, sunt unius & eiusdem speciei specialissi

*Sanitas  
quomodo à  
reliquijs in  
ducatur*

*Fides sanan-  
di, quantum  
faciat.*

cialissimꝝ, & unus illorum in una regio  
ne interficit, & alterum uiuificat: ueluti  
unus homo olet, & alter fœtet. quare,  
non inconuenit & reliquias suas diuer-  
sas habere dispositiones. animal enim  
uenenosum & tabe infectū, utpote uitu-  
lus, mortem uel ægritudinem inducit,  
quod tamen saginatum, multum cōfert.  
& ueluti in superioribus est dictum, cō-  
tingit reperiri aliquos homines uni æ-  
gritudini appropriatos, & alios alteri,  
quare & eorum reliquiae poterunt uni  
ægritudini conferre, quæ alteri non con-  
ferrent, ut legitur de pedis maiore digi-  
to Pyrrhi Regis, qui existimabatur diui-  
nitatem habere, cum ab igne nullo com-  
buri potuerit. ratio autē ibi per diuum  
Thomam adducta, pace eius dixerim,  
nullius est ponderis: uidelicet quod si  
reliquiæ aliquæ per p̄prietatē existētē in  
eis sanarēt, tūc oēs reliquiae sanarēt: hoce  
nīm minimē recte infert. Nā hæc pprie-  
tas nō inseqtur totā speciē, neq; formā,  
sed materiam tantum: ut notum est ex  
medicis & philosophis. Nam Iacobus  
Foroiuliensis abhorrebat allium, nō ta-

*Pyrrhi regis  
pollex in cō-  
bustibilis  
Thomæ sen-  
tentia de reli-  
quijs explosa*

*Thomæ error de motu  
maris.*

men omnes alliū abhorrent. Vnde mul-  
totiens miratus sum de diuo Thoma, &  
suspicatus sum illud opus non prodīs-  
se ex eius officina. nam in eodem opu-  
sculo dicit, Aquā maris moueri à Luna  
secūdum fluxum & refluxum, & non  
per qualitates impressas, sed ueluti serra  
mouetur à ferrante: quod apud me in-  
teiligibile non est, cum in omni motu  
mouens contingat motum: oporteret  
enim, quod intermedia etiam moueren-  
tur secundum motum localem, quod  
non appetet. quare existimo illud non  
esse suum opus. Ulterius etiam addeba-  
tur ex eodem fundamento fere, quod fi-  
guræ artificiales nihil faciūt ad opera na-  
turæ, neq; pro receptione impressionū  
corporum cœlestium, quamuis sub de-  
termīnatīs cōstellationibus sculptæ fue-  
rint. Vnde figuræ louis uel cuiusuis alte-  
rius nihil confert, ut annulus uirtutē re-  
cipiat à corporibus cœlestibus pro ali-  
quo opere: Nam artificialia sunt à no-  
stra uoluntate, quæ nihil cōferre potest.  
certè in hoc cōtradicit magistro famoso  
& cōmuni cōsuetudini. Ptolem̄us em̄  
& sapi

& sapientes, qui fuerunt ante ipsum, & qui fuerunt post ipsum, dicunt oppositum: quod non credo per eos dictum sic fuisse uniuersaliter, nisi experimento hoc cognouissent. Et ratio est ualde leuis per quam mouetur ad contradicendū tanto famoso. Videmus enim quod arborum incisio dependet à uoluntate nostra, multū tamen refert incidere sub una constellatione uel sub alia: & consimiliter serere, triturare, & sic de infinitis rebus quas infinitū esset referre. et hoc etiam non est absq; rationale: quoniam scim⁹ herbas, lapiðes, metalla, in aliquibus dissimilari plantis. ut unum metallum, exempli gratia, assimilatur Saturno: alterum Ioui. Vnde fit, ut in proprietatibus conueniant longè autem maior assimilatio est per quantum & quale, quam per quantum solum, uel per quale solum. Quare si secundum figurā res assimilant̄ magis assimilantur: unde potest fieri melior impressio, et lōge maior operatio: & si sit ab arte, ubi nāq; deficit natura, multoties supplet ars. Videmus etiā, quod aucupes auium simulachra non so-

Cōstellatio-  
nū usus quid  
pōsit.

non solum secundum qualitatem ueris  
auibus assimilare contendunt, uerum et  
in figura & in quantitate, ut malius eas  
decipient. Quod si Ficino nostro fides  
præstanta est, hoc etiam illustres Plato-  
nici uoluerunt. Addebatur etiā de uer-  
bis, quoniam nihil faciant ex eodē fun-  
damento: uerū m̄ quoniam de his in su-  
perioribus sat diximus, ideo nūc me ab-  
stinebo: infra tamen iterum de his dice-  
tur, uidelicet, an characteres & uerba p-

*Ad quartam* sunt. Ad quartam autem dubitationem  
omnium sententia mea grauiissimam,  
tentandum est secūdum nostrū possere-  
spondere. Cum igitur dicebatur Aquila  
norum orationes & preces ad diuū Cœ  
*Orationes* leſtinū uel operatæ sunt aliquid uel ni-  
quid posint hil ad imbrium expulsionem. si detur se-  
cundum, tunc illud fuit casu, & erit pe-  
rinde ac si Socrate ambulante coruſca-  
uit: hoc autem non uidetur esse uerum:  
sic enim preces Deo factæ essent uanæ,  
quod non solum est contra omnes ho-  
mines, uerū m̄ etiam imp̄iſſimum est. &  
non minus contra rationem, cum opti-  
mæ sint: non enim debent omnino ali-  
quo

quo fine frustrari, immo & optimum fine debent habere. si uero detur quod aliqd operatæ sint, non uidetur quid & quomodo , ueluti satis in argumentatione deductum est. Huic, ut existimo, dicendum est, quod utraq pars sustineri potest sine aliquo incommodo manifesto. Sustinendo itaq preces operatas fuisse, dicitur quod si uia Auicennæ teneretur, manifesta est responsio. cum namq; hominis animæ uoluntas & maxime imaginativa fuerint uehementes, elementa, uenti, & reliqua materialia sunt nata obedire eis. Quo fit, cum Aquilanorum anime fuerint ualde intentæ, nihil est mirum si imbres fugati sunt. Verum, etiam aliter & Peripateticè dicendum est secundū dū ea quæ in superioribus adducta sunt: dictum est herbas, arbores, lapides, & multa alia reperi, quorū aliqua imbres inducūt, aliqua uero fugant, aliqua grādines, aliqua tonitrua & fulgura, ut manifestum est. una herba enim fugat epilepsiam, & altera promouet. Laurus aduersatur fulminibus, & nux arbor dicitur eis conuenire. quare, nihil prohibet  
uapores

vapores tatos & tales sic affectos (sunt enim taliter affecti qualiter spiritus infirmi) in tanta multitudine fuisse potentes, ut imbræ expellerent, nam repugnatiā habent ad imbræ: si enim possunt inducere sanitatem & languorem, nihil uidetur obstare, quin & imbræ possint expellere: sunt enim ueluti quædam ægritudo: & tempore siccitatis uelut sanitas. Verum nihil uetat ab eodem homine sanitatem produci & ægritudinē secundum instrumēti diuersitatem. aliter enim spiritus sunt affecti cū sanitas desideratur, & aliter cum ægritudo inducit: quare aliter, cum appetitur siccitas, & aliter cum appetitur humiditas. Iuxta enim ea quæ superius adducta sunt, species siccitatis realiter cauſat siccitatem, & humiditas humiditatem, huiusmodi autem effectus non semper succedunt, quoniam uel agens nō est æquè potēs, uel natura est magis rebellis, & multo ualidiora sunt promouentia ad unam partem quam ad contrarium. Vnde si preces Aquilanorum non fuissent æquè potentes ut tunc fuerunt, & si non

proue-

prouenissēt ab imo corde, fortassis tam  
cito imbr̄es non fuissent expulsi. Quare  
dici consueuit, Ut preces ualeāt, ab imo Preces qua-  
corde debent prouenire, & esse feruen. les esse debet  
tes: quoniam sic spiritus melius afficiū-  
tur, & supra materiam fiunt ualidiores,  
non ut flectant intelligentias (quoniam  
omnino sunt immutabiles) sed ut magis  
afficiātur: ueluti sputum hominis irati,  
& sibilus serpentis est potētius quā ho-  
minis & serpentis non irati. Ex hoc ulte-  
rius patet qmodo potuit apparere Aq. Quomodo  
læ & in abbatiâ uel in proximo abbatiæ uapores &  
diuo Cœlestino dicatæ imago eius: nā spiritus ren-  
illi uapores erāt figurati specie diui Cœ optatam ef-  
lestini, qui taliter affecti poterāt eadē si- fingant.  
militudine aërem figurare & realiter &  
spiritualiter, ueluti contingit in muliere  
coēūte, ubi aliqua imaginaūt in actu Ve-  
nereo, consimiliter & realiter afficit fœ-  
tum. Et in pregnatiōe desiderās malum  
granatum stigmatizat fœtum malo gra-  
nato, uel aliquo huiusmodi: potuitq; il-  
la similitudo per tempus durare, quoni-  
am aēr satis spiss⁹ erat & retētius ex im-  
bris. potuit & localiter moueri, qniam  
per

per uentum potuit transferri. Patet etiā ulterius, quare Aquilæ non apparuerit diuus Petronius, & Bononiæ diu, Cœlestinus, quoniam uapores & spiritus Aquilanorū erāt affecti similitudine Cœlestini, & Bononiensium similitudine Petronij. Patet etiam cum ignuum uulgus ista ignoraret, cum succedunt uota, dicunt Deos uel Sanctos fuisse sibi propitios, & orationes sibi fuisse gratas: cū uero non succedunt, Deos & Sanctos esse iratos: quandoquidem hæc talia habent causam quam diximus. patet etiā ulterius, non esse incredibile & irrationalē, pulsum aliquarum campanarū aliquarū pul fugare tempestates & grandines: nam præter hoc, quod aérem promouent & diuidunt & expellunt, ex quibus fugari potest tempestas, sicuti sensibiliter uidemus in aqua, quod si aliquod lignū mouetur ad aliquam partem, si ē contra rīo pellatur aqua, lignum uertitur in aliam partem: ita ē diuisione cāpanarum. Verū & ex alteratione non est incredibile hoc fieri posse: nam sicuti aliqua reperiuntur ex proprietate fugantia grādines

dīnes & tēpestates, quæ omnia scimus  
prouenire ex uirtute stellarum: sic in cō  
positione talium campanarum contin-  
git ipsas fieri sub tali constellatione, quæ  
eis appropriatur, ut multum recipiant  
de tali influxu consimili illi influxui qui  
est in herba uel lapide tempestates fugā  
te: quare, campana pulsa alterat aerem  
ad talem qualitatem quæ tempestatī ad-  
uersatur. quod si qualitatem inductam  
à campana cōtingat esse ualidiorem tē-  
pestate, fugabitur tēpestas: si uero qualis  
sit imbecillior, superabit tempestas,  
& succumbet qualitas. posset et illud de  
campana contingere nō tantum ex im-  
pressione à sideribus facta in sui factio-  
ne, uerū ex natura compositionis eius:  
ut pote quod aliquid tale facturam eius  
ingrederetur. iuxta quoq; hanc imagi-  
nationem non est incredibile aliquē ho Hominē ma-  
rinem sub tali constellatione natū, ut ri imperantē  
imperet mari, uentibus, & tēpestatibus. nasci non est  
Si enim aliqua herba uel lapis possunt impossibile.  
hoc facere per uirtutes à cœlis impres-  
tas, ut concedunt philosophi, & pīscis  
tā paruus retinere nauim. CC. pedum  
Q undiq;

undiq; remis & uentis agitatam, quare  
 non & homo: non sicut Auicenæ ascri-  
 bitur, sed alterando. Considerentur uir-  
 tutes occultæ rerum, & apparebit hæc  
 se possibilia. Item contingit aliquem es-  
 se hominem ex dono cœli, qui sanet de-  
 moniacos: nam & multæ herbæ & lapi-  
 des dicuntur tales ex cœlorum munere.  
 Contingit & duos homines taliter esse  
 dispositos, ut quod un⁹ fugat, alter pro-  
 moueat. Nam magnes attrahit ferrum,  
 & adamas resistit: imo perunctio allij ui-  
 detur idem facere. Quare contingit du-  
 os esse homines uentis imperantes secū-  
 dum partes oppositas, & isti se impedi-  
 unt: uel contingit unum expellere aliū,  
 et uictor existimabitur esse bonus ange-  
 lis, & uictus, malus: si em̄, quod de duo  
 bus pueris refert Albertus, prius citatis,  
 uerum est, & reperiantur hærbæ ac lapi-  
 des tantarum uirtutum, nihil est quod  
 de dictis miremur. fidem quoq; facit in  
 hoc, quod Astrologi ex stellarum peri-  
 tia prædicūt homines nascituros qui ta-  
 lia miracula possint facere, quare, talia  
 uidetur fieri in uirtute cœlorum. uerum  
hæc  
*Rerū occultæ  
uirtutes quā  
sunt mirandæ*

hæc nō sunt cōmunicanda uulgaribus:  
 quoniam horū arcanorū non sunt capa  
 ces & non credunt nisi quod uidēt, uel sunt uulgarī  
 quæ sunt uidere assueti. Cauendum est <sup>Arcana non</sup>  
 etiam cū imperitis Sacerdotibus de his <sup>bus cōmuni</sup>  
 habere sermonem. Caussa autem patens <sup>Cauendum à</sup>  
 est, quia multotiens philosophi fuerunt <sup>sacrificis.</sup>  
 ex urbibus expulsi, aut incarcerati, aut  
 Iapidibus & ultimo supplicio affecti: &  
 sic propter beneficium tulerunt suppli-  
 ciū. iste est igitur primus modus respon-  
 dendi. Secundò dici potest, quod Aqui <sup>Alia respon-</sup>  
 lanorum preces neq; propulsauerūt im- <sup>sio de ui pre-</sup>  
 bres, neq; flexerunt superos: nō tamen <sup>cum.</sup>  
 preces fuerūt uane, neq; se taliter habue-  
 rūt, ueluti quod Socrate ambulante, co-  
 ruscauerit: sed fuerūt per se intētæ & ad  
 optimū finē ordinate. quomodo aut sit  
 hoc, oportet declarare, quādo & religio-  
 nes habent etiam sic dicere. ppter quod  
 sciendum est, quod quāvis religiosi po-  
 nāt orationes Angelos & dæmones fle-  
 tere, & inducere ad aliquid operandū  
 quod prius non intentebant: non tainē  
 secundum ipsos & philosophos hoc di- <sup>Deū esse im-</sup>  
 ci posset de Deo, cum sit immutabilis, <sup>mutabilem.</sup>  
 neq;

neq; aliqua nouitas in ipso cadere pos-  
sit. Sit igitur quod Aquilani fuderint pre-  
ces ad Deum, propter quas consecuti  
sint Aquilani serenitatem, & Deus so-  
lus operatus sit, & non dæmones uel  
angeli operati sint, quod secundum posi-  
tionem fieri potest, quandoquidem o-  
mnia operari potest Deus absq; caussis  
secundis: hoc itaq; stante, preces nihil  
noui induxerūt in Deum, ut manifestū  
est: neq; preces induxerūt serenitatem,  
quando ex supposito solus Deus ope-  
ratus est, cui cuncta ad nutum parent.  
nec tamen dicemus preces fuisse uanas  
neq; non ordinatas ad finem. hoc igitur  
in hoc casu dicendum est, quod si quis  
recte considerauerit, uidebit tamen pre-  
ces operatas fuisse, id scilicet, quoniam  
sunt media à Deo ordinata ut serenita-  
tem consequantur, nihil inducendo in  
Deo neque aliquid in aere, siue mouen-  
do localiter, siue alterando, neque reali-  
ter neq; spiritualiter. Aquilani itaq; tan-  
tum executi sunt uoluntatem & ordinē  
Dei, qui uult tales effectum produce-  
re ipsis Aquilanis sic precātibus: & tūc  
dicitur

dicitur Aquilanos fuisse exauditos, qni  
am quod petebant habuerunt, cum ta-  
mē nihil in Deo caussarint neq; effecti-  
uē concurrerint ad talē effectum. preces  
itaq; non sunt quæ aliquid in Deo pro-  
ducant neq; in effectum, neq; Deo sunt  
proficuae neq; effectui, sed tantum iplis  
Aquilanis ut effectum consequantur, p Deū per mea  
ut sunt pīj uersus Deum. posset etiam si- dia operari.  
ne iplis Deus illos effectus producere:  
uerūm cum cuncta ordinet & disponat  
secundum modum conuenientissimū,  
ideo pro hominum bono ordinauit ta-  
le medium. quare, cum etiam secūdum  
philosophos & intelligētiaz ista inferio-  
ra procurent & debito modo & conue-  
nientissimo gubernent, omnibus iplis  
existentibus immutabilibus, preces A-  
quianorum fuerunt proficuae, & ad bo-  
num finem factæ, & nullo modo à casu:  
quare, quod tunc inferebatur, nō recte  
inferebatur, si non mouent Deos, si ni-  
hil faciūt effectiuē ad effectum, ergo ca-  
su: uerūm oportebat addere, & non sint  
media ordinata ad talem finem. quod  
manifestē falsum est: quare, nihil est qd

Q ;

ibi

Obiectio.

ibi infertur. Sed fortassis non irrationabiliter aliquis instabit, nō cōuenienter exēplum fuisse adductū, esse c̄q̄ maximā diuersitatē inter ipsa. nam secūdum philosophos, cum serenitas fiat à cōelo, cōlum aut de necessitate agat, serenitas fuit necessaria, preces autē nō fuerūt necessariæ: aliter enim nō fuissent meritoria, & non fuisset in potestate Aquilanorū orare: quod manifestè falso est. apud uero leges, ueluti preces fuerūt contingentes, sic & serenitas fuit contingens: quare disparitas est in utrisq; & non est in utrisq; eadem cōuenientia: iñmò quod ponitur secundum leges est conueniens. nā caussa existēte contingēte, etiam media, effectus, & finis, est contingens. Verū secundum respōsionem datā secūdum philosophos, mediū est cōtingēs, & caussa finalis siue effectus est necessarius: quod & omni rationi posterioristi-

Conclusio ne c̄e aduersat. Nā quāc̄ cōclusio necessaria unde tria ex præmissis contingentibus colligi colligatur. possit per illationem syllogisticā, ut dicitur secūndo Priorū: non tamen per uiam caussæ, ut dicit in primo Posteriorum.

Quod

Quod si huic dicatur, quod fuit assump-  
ptum, falsum est, uidelicet secundū phi-  
losophos de necessitate in casu Aquila-  
nos serenitatem fuisse consecutos: imo  
uerò contingens fuit illa serenitas; &  
quamvis serenitas fiat à corporibus cœ-  
lestibus, quæ de necessitate agunt; aliq  
tamen eorum corporis effectus multis  
modis impediri possunt, & maxime in-  
terueniente uoluntate nostra. Ut pote ca-  
liditas domus prouenit ex sole, possu-  
mus tñ multis ingenij obuiare ne do-  
mø à sole calefiat. quare esto qd imbres  
ppulsentur à corporib. cœlestibus: quo  
niam tñ propulsantur interuenientibus  
nostris precibus, non mirum est si esse-  
ctus iste possit impediri. Verùm hoc  
dictum est ualde leue: quoniam quod  
dicitur ueritatem habet ubi uoluntas  
nostra effectuè concurrat ad affectum  
remouendum, ut in prohibendo æstum  
à domo quoniam obstaculum soli po-  
nitur, concurrit motus localis, uel  
quidquid sit illud: uerùm preces nihil  
uidentur operari, hic autem solæ preces  
concurrunt, quæ nihil, secundum cōcessa,

faciunt ad propulsionem imbrīū: quare, adhuc argumentū stare uidetur. Ideo aliter dicendum est, quod in alio assumptum est falsum: propositio nāc illa, effectus necessariū debet habere causā necessariam & etiam medium, intelligēda est si illa causa & medium sint per se, essentialesc̄ sint: quod nō est in propo-  
 sito uerum, neq; secūdum religionem,  
 neq; secundum philosophos: nā apud utramq; positionum, imbrē possunt fu-  
 garī absq; precibus nostris: et nostrē pre-  
 ces possunt esse non sequentib; pro-  
 pulsionebus imbrīū, ut manifestū est:  
 neq; sequitur preces ordinari ad talia, es-  
 seq; casuales: hoc enim patet in plurib.  
 non sequi: literæ enim amatoriæ ordi-  
 natū ad consequendum amoris fructū  
 & actus Venereos, & tamen non sem-  
 per ex literis amatorijs consequitur ta-  
 lis finis, nec talis honos semper habetur  
 literis amatorijs. imò scire debes saltem  
 apud philosophos nunquam preces es-  
 se uanas. unde oratiōes & quasi omnes  
 uirtutes duos habent fines, unum scili-  
 cēt per se, & inseparabilem: alterum ue-  
 rō ferē

Precum duo  
sunt fines.

ro ferè per accidens & separabilem. Exempli gratia, preces dijs factæ duos habent fines, unum ad obtainendum uotum, utpote sanitatem, & hic finis est secundarius, & multotiens frustratur: alter uero est pietas & in Deum religio: & hic finis est inseparabilis, ut nunquam frustrari possit, si ardenti mente fit. Quare siue uotum succedat, siue non succedit, Non uacādū  
nunquam debemus uacare ab orationib.  
tionebus. immò fortassis melius est ut & si uota nō  
uota non succedant quām ut succedāt. succedant.  
primò quidem quoniam sic perfectior  
uidetur esse uirtus: ut amās sine spe præ= Quis uerius  
mij studiosior est amante spe præmij & amet.  
persistens in amore non consequen-  
te aliquo præmio, uerius amat persisten-  
te in amore ex consecutione præmij. Felicitas in  
Quare, cum apud physicos felicitas cō- quo, secundū  
sistat in actu uirtutis, quanto maior est philosophos,  
uirtus, tanto maior est felicitas. Cū itaq; sit.  
amor & reuerentia sine præmio extrin-  
seco sint maiores q̄ cum tali præmio, er-  
go sic persistans efficitur felicior. Secundò  
quoniam quæ optamus, multotiens no-  
bis non expediunt quæ namque profu-

*Nos s̄epe  
quid optem⁹  
nescire.*

*Plato nos do-  
caturc,*

tura credim⁹, multoties obsunt, & ē cō-  
uerso: ueluti lēpiss. expti sum⁹: cognoui-  
musq; ubi res nō successit, qd nobis ma-  
gis cōduxit, q̄ si successisset: & si succe-  
sisset, fuisset in p̄niciē. quare p̄ces apud  
philosophū nunq; sūt uane, sed recte fa-  
cte. unde Plato in 2. Alcibiad. doget nos  
quomodo debemus orare. nō eīm dice-  
re debem⁹, Deus dā nobis hoc: quoniā  
fortassis illud non conuenit nobis. Ve-  
rūm secundū poētam ab eo citatum, ta-  
lis esse debet: Iupiter, siue Deus, optima  
quidē & uouentib. & non uouentibus  
tribue, mala autem, poscentibus quo-  
que abesse iube. quod & concordat di-  
cto Saluatoris nostri: scilicet, nescitis  
quid petatis. Ex his sequit̄ falsò philo-  
sophos, sophos criminari de impietate, & quod  
falso ut impi secūdum philosophos nō debet Dñj o-  
ros criminari. rari, quādoquidē nō sīnt flexibiles: neq;  
nostras audiāt preces: patet aut̄ secūdū  
philosophos, Deos esse orādos, neque  
unq; preces esse uanas, quandoquidē fi-  
nis p̄ se est inseparabilis, qui lōgē præstā-  
tior est sine per accidens. Verūm, secun-  
dum vulgares, preces uidentur eīse ua-  
na,

næ, si quod petitur, non impetratur. e-  
xistimant enim felicitatem consistere in  
bonis corporalibus: creduntq; uirtutes  
& spiritualia ordinari in corporalia, quo  
niam tantum illa percipiunt. non uera  
religio tenet hoc, sed uulg<sup>9</sup> prophanū:  
& reuera qui de philosophia nou parti-  
cipat, bestia est. Posset et, ut existimo, ter-  
tio dici & fortassis melius, quod preces  
Aquilanorum profuerūt ad talem esse.  
Etum consequendum, non quidē quia  
mouerint Deos, uel corpora cœlestia,  
hoc enim impossibile est, neq; quoniam  
ipsi induixerint effectiue serenitatē, sed  
quia ipsi receperint serenitatē à corpo-  
ribus cœlestibus ratione rectæ & ordi-  
natæ dispositionis: quoniam actus acti-  
uorum sunt in paciente bene disposito.  
nam corpora cœlestia fauentia tali legi  
in hoc tempore, & durante tali influxu  
pro tali lege, ordinant hoc mediū ad cō-  
sequēdum talē effectū: intendens namq;  
finem, intēdit ea quę sunt ad finē. Cū ue-  
rò ulterius dicebat, quare Bononiæ ap-  
paret Petroni<sup>9</sup>, & Aquilæ Cœlestinus,  
cū orationes nihil in aerem inducāt ne-  
que

Vulgus pre-  
ces paruiper-  
dit.

Quis fit be-  
stia.

Tertius mo-  
dis respondē  
di.

que diuersimodè disponantur secundum  
namq; priorem modum satis patebat ra-  
tio diuersitatis: huic dicitur, cur est quod  
acies uisæ in aere tempore Mackabeo-  
rum: hæ autem secundum ritum Hebreo-  
rum: Visæ uero tempore Caij Marij fuc-  
runt secundum ritum Romanum: Et  
cur uaticinantibus per quietem, unum  
idolum apparet alicui secundum ritum  
propriæ patriæ: eiusdem etiam rei idolū  
apparet alteri secundum ritum patriæ suæ:  
certè alia cauſa assignari non potest, ut  
etiam dicit Auerrois in libello de diui-

*Deum omnia, natione per somnum: nisi quoniam De-*  
*ut conuenit, us unumquodq; disponit ut sibi conue-*  
*nit, aliter non esset bonus artifex & con-*  
*ueniens & etiam hoc prouenit ex passi-*  
*dispositione: nam aliter affectus est Ita-*  
*lus, & aliter Gallus. Quare unusquisq;*  
*secundum modum sibi conuenientem,*  
*& secundum dispositionē accipit simu-*  
*lachrum. Videmus etiam secundum di-*  
*uersitatem climatum animalia in figu-*  
*ris diuersificari. Nam quamuis omnes*  
*homines satis in genere consimilem ha-*  
*beant figuram, tamen aliqui habent faci-*  
*em*

em magis latam, ut Tartari: aliqui oblongam, & sic de reliquis figuris, quæ quidem esse non possunt nisi ex diuersa plaga cœlesti, quæ facit pro uno & non pro alio. Nam & in legibus ponuntur Angeli custodientes diuersas prouincias. & philosophi etiam ponunt intelligentias diuersas mundi plagas gubernantes secundum diuersum aspectum siderū, & procurantes ut omnibus conuenit. possibile tamen est, ut effigies uisa Aquilæ uerè non fuerit similis Cœlestino: sed Aquilani uidentes tale simulachrum dixerūt illud fuisse Cœlestini. & si Bononienses tale interea uidissent, dixissent illud fuisse diui Petronij. Vterque tamen modus stare potest: & iste secundus modus dictus, est multum conformis his quæ uisa sunt in aere, utpote de aciebus, scutis, & reliquis, quæ facta fuerunt non intercedentibus precibus, immo metes terruerunt: & uidetur magis sensatus quam primus. Quod enim spiritus siue uapores affecti simulachro diui Cœlestini talia operati fuerint, uidetur satis remotum, & maximè quod sic in unum conuenient,

rint, ut in tali aeris parte & nō in alia ap-  
paruerint. Verūm, diligens inquisitor,  
ni fallor, ad omnia talia respondere po-  
terit: & hoc de quarta dubitatione. Ad  
quintam uero dubitationem, in qua di-  
cebatur, quod genios non ponimus ali-  
os esse quam genituras, tunc perijt libe-  
rum arbitrium, & reliqua quæ ibi addu-  
cta sunt: dicendum est, quod malum, ut  
patet etiam per Dionysium in libro de  
de diuinis Nominibus, nihil aliud est q̄d  
defectus. Defectus autem uel prouenie  
ex nostra uoluntate, & hoc malum cul-  
pæ solet appellari: uel prouenit non ex  
nostra uolūtate sed ex natura, quod for-  
tassis malum poenæ, uel malum naturæ  
dici potest. loquendo de secūdo modo  
& hoc dupliciter cōtingit, quoniam  
uel est defectus in latitudine entis, &  
non in propria determinata natura: uel  
est in propria & determinata natura. Ex  
emplum primi, quodlibet, citra primū  
ens quod est Deus, est defectuosum in  
latitudine entis: quando nihil est quod  
sit tota & cōpleta entis latitudo, nisi De-  
us ipse. & sic unūquodq; ens citra Deū  
dici

Quinta.

Malū quid

dici potest quoquo modo malum in na-  
tura, quoniam defectuosum in natura en-  
tis. Exemplum secundi, sicut homo clau-  
dus, uel cæcus, non solū dicitur defectuo-  
sus, quia non habet completam entis la-  
titudinem, uerū etiam quia non habet re-  
quisita ad perfectionem humanæ speciei.  
Et tunc dico, quod negare Deum, intel-  
ligentias, & corpora cœlestia, esse causas  
malorum iuxta hunc modum secundum. Quomodo  
Deus sit causa  
dam accipiendi malorum, est destruere pul-  
sa mali.  
christitudinem & ordinem totius uniuersitatis. Universitas  
diuersitate enim pulchritudo consistit in christudo.  
diuersitate: neque esset uniuersum, nisi ex  
tot diuersis esset cōpositum, ueluti homo  
non esset perfectus homo, nisi omnia mem-  
bra, quæ sunt tam diuersa, haberet. Si  
enim in homine tantum esset cor uel  
oculus, non esset homo, ueluti non est  
unde oportet cōcedere Deum esse causam  
omnium entium sic à Deo defientium,  
siue sint talia entia uisibilia siue inuisi-  
bilia: & horum uisibilium sublunarium  
pro tanta diuersitate, concurrere corpo-  
ra cœlestia. Vnde corpora cœlestia se-  
cundum diuersas partes suas & diuersos  
aspecus

*Vnde diuersi  
tas in hoc mun  
do,* aspectus cauſſant diuersitatem in mun-  
 do inferiori. Vnde aliquibus annis uide-  
 mus animalia magis proficere, in aliqui-  
 bus ē contrā. Videmus etiam diuersas  
 plagas coeli facere pro diuersis animali-  
 bus, plantis, mineris, & ſic de reliquis.  
 quod & apertè conceditur à diuo Au-  
 gustino in quinto lib. de Ciuitate Dei,  
 & in multis alijs locis. hoc etiam canit  
 Eccleſia, cum omnia iſta ſint opera Do-  
 mini. Sic itaq; loquendo de malo & de-  
 fectu, nihil inconuenit Deum eſſe autho-  
 rem defectus & mali, modo ſupra-  
 dicto. Vnde Deus eſt cauſa serpentis,  
 qui ſerpens quātum eſt in ſe eſt bonus,  
 licet eius uenenū & morbus ſint noxia  
 hominibus & alijs animalibus: imo nō  
 eſlet bonus ſerpens niſi alijs eſtet noxi-  
 us. Vnde Regulum ſive Basiliscum ſibi  
 lo non interficientem animalia, non di-  
 ceremus eſſe de bonis Regulis, quia eſ-  
 let defectuosus in ſua ſpecie: cū autem  
 nihil citra Deum ſit, quod non aliquati-  
 ter participet de natura perfecti & etiā  
 à tali natura deficiat: cumq; det plus &  
 minus, in hiſ cōſueuimus dicere minus  
 defici-

deficientia esse bona: plus autem defici-  
entia, esse mala. Veruntamen dicimus  
Deum omnium esse causam: quare, in  
hymno canitur, quod omnia benedicūt  
Dominum & omnia laudant Dominū,  
incipiendo à prima creatura usq; ad ultimam  
creaturam. Nihilominus quanq;  
omnes cōueniant Dominum esse cau-  
sam istorum malorum & defectuum in  
latitudine entis, uidelicet hominis, Leo-  
nis, Lupi, & sic de reliquis: tamen non  
omnes uidentur esse concordes de defe-  
ctis in specie: utpote quod homo nasca-  
tur cæcus uel claudus. Philosophi uidē-  
tur dicere hæc non esse intenta à natura,  
sed esse peccata naturæ, & quod non ha-  
beat causam per se. Augustinus autem  
cui & multi consentiunt, uidetur dicere  
oppositum cap. 9. 16. libri. & etiā 8. cap.  
21. libri de ciuitate Dei. Verūm pro nūc  
non sit disputatio. Et fortassis inter has  
opiniones posset poni concordia. Et dū  
legerem secundum de physico auditu  
multa super hoc dixi. nunc autem sat sit  
Deum & corpora coelestia esse causas  
istorum defectuum & malorum; neces-

R sari,

sariumq; est hoc confiteri, nullumq; se  
quitur incommodum: imo dicere op-  
positum, est manifestus error, saltem de  
malo seu defectu in natura entis. Vide  
tur tamē quod etiam corpora cœlestia

*Causa defœ* sint causa defectus in specie, ut pote ce-  
*etus in spē=* citatis & claudicationis, argumento,  
*cic.*

quod Mathematici, multotiens ex in-  
spectione siderum prædicāt annos mo-  
struosos, & etiam ista monstrata prænun-  
ciant uētura. quare à monstrando mon-

*Monstra un* stra appellata sunt: ueluti 8. cap. 2 lib. de  
*de dicta.* ciuitate Dei dicit Augustin. quare ista  
pars tutior uidetur. causa etiam finalis  
talium monstrorum ponitur ab eodem  
Augustino 8. cap. 16. eiusdem libri, qua-  
re ex istorum sentētia & mea, Deum &  
corpora cœlestia esse causas affirman-  
dū est. Loquendo autē de malo culpe,

*Malum cul* quod proueniat à uoluntatibus nostris  
p.e. adhuc dupliciter hoc intelligi potest,  
uel disponendo & inclinando tantūm,  
uel cogendo ipsam uolūtatem: & hoc  
secundo modo est dupliciter: quoni-  
am uel remanente intellectu & dis-  
cursu non ligatis, sed solutis uel ligatis.  
si secun-

si secūdo modo, dico corpora cœlestia  
 horum esse per se causā, uerū tūc nō pro  
 prie & uere dicitur esse malū culpæ: nō  
 enim esse potest culpa, ubi ratio non po  
 test habere imperiū & ministrare: & sic  
 operātes, oprant̄ ueluti bestiæ, nec̄ sunt  
 dñi suorū actuum. si uero ratio est solu  
 ta, sic dico nec̄ Deū nec̄ corpora cœle  
 stia per se esse causam taliū defectuum,  
 quando uoluntas, stante libera ratione,  
 est libera, & à nullo potest cogi. Quod  
 si Deus uolūtates moueret, ad bonum  
 moueret & nō ad malum: nulla autem  
 creatura cogēdo potest mouere uolūta  
 tē si ratio est soluta. quare, ut sic nec̄ De  
 us nec̄ corpora cœlestia sunt nec̄ esse  
 possūt causa mali. Si autē loquamur q̄,  
 ad dispositionem, sic sine dubio corpo  
 ra cœlestia sunt caussæ malorū: uerum  
 tale malū non est malū culpæ, sed malū  
 naturæ, quod est Dei & intelligentiarū  
 ac corporū cœlestiū. Quod si dicat̄, De  
 us igit̄ & corpora cœlestia disponūt ad Obiectio  
 malū culpæ. Quare, uide allicere hoīes  
 ac peccādū: nā sī iste est disposit̄ ad Ve  
 nerea ex corporib. cœlest. uel ad furta,

*Dispositio ad  
malum, unde:*

R 2 licet

licet corpora cœlestia non cogāt, tamē uidetur esse peccatum ipsorum in sical liciēdo: ueluti est in hominibus, si unus homo alteri persuadeat ad furtum uel aliquod aliud peccatum. Amplius, quoniam uidemus istos ita dispositos, semper agere secūdum istam dispositionē: imō si à Mathematicis habuerint aliquid de suis euentibus, uidemus dum cupiunt illa fugere, in illa incident ut legentibus muitas historias patet. Quare, nō tantum uidetur disponi, uerū etiam cogi. præterea dictum est in habētibus rationem ligatam uoluntates cogī, & homines esse ueluti bestiæ. Modo quæ est causa finalis, quod corpora cœlestia sic ligant mentes hominum, ut patet in fatuis: hoc enim uidetur multum irrationabile, cum omnes sint æqualiter homines. Verūm hæc non obstant: diciturq; ad primū, quod Dīs & corporibus cœlestibus disponentibus aliquem hominem ad actū Venereum, ratione tamen existēte soluta, siue peccet, iste sic dispositus, siue nō peccet, est bonum: & nihil est quod Dīs et corporibus cœlestibus succen-

succenseamus. si namqz homo talis pec-  
cat, certe est malum sibi, sed potest esse  
bonum alteri: ut imperfectores Socratis  
peccauerunt, & fuit malum culpae ipsis  
imperfectoribus: fuit autem bonum uit-  
tutis ipsi Socrati, quoniam maior fuit e-  
ius constantia, magisqz claruit Socratis *Socrati bonis  
fuisse mori.*  
virtus unde legitur de Aristippo, cū in-  
terrogaretur qualiter mortuus esset So-  
crates, respondisse, utinam mihi taliter  
mori contingeret. Quare, culpa imper-  
fectorum Socratis reiultauit in maiorem  
Socratis uitatem, & sic uniuersum per-  
fectius factum est. Vnde natura despici-  
ens partem, respicit totū: & relinquens  
minus bonum, de maiori bono procu-  
rat. Si uero sic dispositus ad Veneream  
non peccat, est in potestate sua abstine-  
re: sic longè clarius est uirtus ipsius sic *virtus in ab-*  
*dispositi in abstinendo, quam si non fu-* *stimencia cla-*  
*isset dispositus: sicut etiam dicit Aristoteles in 2. Oeconomia de Penelope &* *Alceste, quæ quoniā multa passæ sunt,* *ideo magis claruerunt: & nisi talia passæ* *fuisserent, fuisserent ingloriæ. non sentienti* *enim stimulum Venereum, quenā laus*

*Quod uni  
malum est al  
teri bonum.*

*Nature ordo*

*virtus in ab-*  
*stimencia cla-*  
*rescit.*

est ab ipsis Venereis abstinere: uirtus enim (ut inquit Apost. in infirmitate perficitur. Et haec diffusè à Seneca tractantur in libro de Prouidentia & Gubernatione mundi à Deo, & multis Epistolis ad Lucilium: quæ omnia referre, nimis prolixum esset. Et quod adducebatur, quoniam sicut homo inducens hominem ad peccandum peccat: sic & corpora cœlestia disponendo homines ad pec-

*Respoſio ad obiectum.* candum, peccarent. negatur illatum, pri-

mo quidem, quoniam corpora cœlestia prouident de uniuerso, homo uero de parte: quare, corpora cœlestia pro maiori bono faciunt minus bonum aliquando, eo modo quo suprà declarauimus. secundo & melius, quoniam nō par est in utrisq; intentio: corpora enim cœlestia sic disponunt, non ut homo sequatur dispositionem, sed ut superet eam, & efficiat̄ clarius: ast homo illud facit ma-

*Tētatio quæ* la intentione, ut ad peccādum inducat bona.

quod si tentando ficeret, & ut uirtus efficeretur clarius, nō esset peccatum, immo uirtus. unde diuus Augustinus 32. cap. 16. de ciuitate Dei sic dicit: Necq; omnis est cul-

est culpanda tentatio: quare & gratulanda est quæ sit probatio. Et plerumq; humanus animus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas ibi non uerbo sed experimento, temptatione quodam modo interrogante, respondeat. ubi si Dei munus agnouerit, tunc pius est, tunc soletatur firmitate gratiæ, nō inflat in nouitate iactatiæ. hæc ille. Quod aut secundo adducebat, qniā sic disposit⁹ uideat de Disposit⁹ nō necessitate operari, huic dicitur, st̄ate rā de necessitate tiōe soluta, istud esse impossibile: ut in malū opera plurib. tamē ita cōtingit: i. quoniā sicut tur, sed ut in una uirtus ad alias uirtutes disponit, cū pluribus. sint cōnexę, ita unū peccatū disponit ad aliud, & sit habit⁹ q̄ est de difficile removibili⁹. Quare, isti nō euitātes suas dispositiones habitas à corporib⁹ cœlesti Habit⁹ ad b⁹ ex multis peccatis, quę fecerūt, incur malū unde. rūt in fatū sibi pñficiatū exsiderū cognitiōe. Vnde et Salusti⁹ in Catilinario dicit, Catilinā incidisse in desideriū euertē di patriā, qniā filiū suū interemerat uene no, captus amore Orestilæ q̄ filiū timebat. Quod aut cœli dispositiones nō necessitēt, patet ex relatīs ab Alberto in i.

Cœli dispositiōnes nō necessitāt..

de Animalib. in tractatu de Phisiognomia, & ibi lege. Plutarchus quoq; in vita Niciæ & Crassi, in capite ubi eos in uicem cōparat, sic inquit: cum nullum diuinationis signum Nicias aliquando neglexerit, hic autē omnia penitus deorum portēta cōtempserit, utriusq; idem fermē exitus fuit. Difficilis sane res ad iudicandum: &c. Ex quo patet, astra inclinare & non cogere. Augustus quoq; multa pericula euasit praevidens fatum: idemq; refert Val. Max. in 1. lib. Id uoluit Ptolomæus cum dixit, sapiens dominabitur astris. imò uana essent uaticinia & iudicia, nisi obstarre possemus. Quod etiam tertio adducebatur, quoniam cœli peccare uidentur in generando hominem fatuum &c. certè secundum ponentes intellectum humanum mortalem, paucam sustinet difficultatem: quoniā hoc est ex perfectione uniuersi: sicut camera picta ex diuersis animalib. est pulchrior, & delectabilior ea, in qua tātum esset una figura, ut in libro de Mundo dicitur, possunt & fatui habere alias utilitates: sunt enim pro sp̄iētibus, ut eos oble.

Fatui cur ge-  
uerentur.

oblectādo uel seruiendo, uel quoniam ex hoc speculantur de uarietate naturę, uel aliquo huiusmodi. Secundum uero tenentes intellectum esse immortalem & multiplicatum, difficilius est responderē. tamen diuus Augustinus in 16. de ciuitate Dei abunde ad hæc satisfacit, ubi ponit cauſas diuersitatis figurarum humanarum & monstrorum: quare, ibi legas. His habitis, patet responsio ad omnia quæ ibi inducta sunt. nam stantibus illis dispositionibus factis à cœlis, & stante soluta ratione, non perit librum arbitriū, imò magis perfici potest. Vnde Brutus potuit euadere tam infelicem exitum: & Augustus potuit esse infelix. Cauſa autem quod in pluribus hoc contingat, præter assignata superius, scilicet propter peccata precedētia, Cur plures est, quoniam homo parum habet de inpeccent. intellectu, & multum de sensu: quare gubernatur à sensu, & relinquit intellectū: modò sensus per se subiicitur corporib. cœlestibus: & hanc cauſam assignat diuus Thomas in libello de Sortib. pauci enim sequuntur intellectum, sed pluri-

mi sensum. Quare, ut in pluribus sequuntur dispositioes cœlestes, ueluti bestie faciunt. Neq; sequitur apud Rhetores genus demonstratiuum perire: nam laudamur & uituperamur secundum actus pruenientes à libero arbitrio, qui per positionem non auferuntur. Quomodo etiā mala ab intelligentijs & corporibus cœlestibus ueniant, iam dictum est: quoniam non inconuenire mala naturæ, imo esse necessarium: mala autem culpæ est impossibile ab eis procedere. Cumq; uel Auerrois cōterius adducebatur Auerrois arguens tra Astrolo= Astrologos, dicitur si Auerrois damnatgos taxatur. Astrologos secundum intellectum datum, ipse damnandus est, neq; ea apud me est uiri authoritas, ut renui non pos sit. imo ipsi Astrologi recta dicūt & cōsona sensui ac rationi: & ipse Auerrois pessimè dicit, contradicitq; sensui & rationi. Si uero credidit Astrolog. sentire corpora cœlestia cogere hoīes ad peccatum culpæ, eos non intellexit. Quare & quidam recentes multis uerbis ornatis insectantes Astrologos eodem peccato laborant, quo & Auerrois, aut enim Astrolo

Contra Picū  
Miraad.

Astrologos nō intelligunt, aut si intelli-  
gūt, grauiter errāt. & certè in illis suis li-  
bris nō uideo nisi arrogātiā et petulātiā,  
& præter ornatum nihil boni contineri.  
quanquam aliqui referant sententiam  
non esse suam, sed tātum ornatum ap-  
posuisse. Ulteriusq; dicitur non opor-  
tere duos esse Deos, unum boni & alte-  
rum mali, ut inferebatur. nam omne bo-  
num & malum naturæ, est à Deo: malū  
autē culpæ est ex nostris uoluntatibus.  
Quod malū, ut Augustinus & Dionysi-  
us demonstrāt, non habet efficientem,  
sed deficientem caussam. Vnde per hæc  
ad sextam patet solutio: nihil enim incō A l sextam.  
uenit uoluntatem humanam cogi, ubi  
ligata est ratio. Rationem autem ligari  
manifestum est. nam multæ infirmita-  
tes ligant rationem. Videlicet in phre-  
neticis, in pueritia, in ebrietate, in de-  
crepita ætate etiam ligatur ratio: her-  
bæ multæ insaniam inducunt, & multa  
alia. Vnde animus inuictus est, dum ra-  
tio sit stabilis: aliter autem nō Cuius si-  
gnū est, quod multi hoīes cū mutari nō  
possint, uolentes eos mutare, inebriant:  
ut in

Nō oportere  
duos esse Dea-  
os.

Ratio quo  
modo ligetur

ut in nephandis concubitibus patet, etiam in captione mulierum. neq; propter  
**Nos ad pec-** hoc sequitur nos cogi ad peccatum. Si  
**tatum nō co-** nanc; ratio est soluta, cogi non potest.

*gi.* Si uero est ligata, non est sui compos: quare, non est peccatum. Veluti bestia non dicitur peccare, quoniam usum rationis non habet. peccatum autem de quo loquimur non est, nisi in eo qui uti ratione potest. De septima uero dubitatione, scilicet de socijs Diomedis in aues uersis, & socijs Vlyssis in bestias uer

*Ad septimam* De hominū sis, & de Arcadibus quodam stagno in bestias mu transito uersis in lupos: diuersi diuersatione, quid senserunt. Credunt enim aliqui ue- tenendum.

Iut Plin. secundus 44. cap. 10. lib. natura- lis Historiæ illa esse fabulosa, & poetarū commenta: illudq; de Diom. socijs in aues conuersis ideo confictum à Poëtis fuisse, quoniam aues Diomedes siue cataractæ dictæ, in solo totius orbis loco uidetur, in insula, ubi tumulus & delu brum Diomedis extant, contra Apuliae oram, fulicarum similes. Et quoniam aduenas barbaros clangore infestant, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, uelut

uelut generi Diomedis hoc tribuentes:  
 ædēcꝝ eam quotidie pleno gutture ma-  
 dentibus pennis perluūt atqꝝ purificāt:  
 unde origo fabule Diomedis socios in  
 earum effigies mutatos. idemqꝝ existi-  
 mo Plinium dixisse de socijs Uliſſis &  
 Arcadibus uersis in bestias, ex aliquo  
 consimili, quod difficile esset uaticinari,  
 cum de hoc haberi scientia non possit.  
 nam in istis signetis & apologis, homi-  
 nes multis modis loquuntur. Quare, Ari *Philosophæ*  
*stoteles tertio metaphysicæ dixit, meta di genū per*  
*phoras notas esse solum illis qui meta, metaphoras*  
*phoras faciunt. quare, hoc genus philo. Aristoteles re*  
*sophandi penitus à se reiecit tanquam iecit.*  
*omnino à philosopho alienū, & si poë-*  
*tis maximè conueniat, & aliquando o-*  
*ratoribus, ut ipse Aristoteles in poësi &*  
*Rhetorica dicit: Diuus autem Augusti Idē Auguſti-*  
*nus 17. cap. 18. lib. de ciuitate Dei existi. nus libro X.*  
*mat hæc arte Dæmonis facta fuisse: non*  
*quidem quod dimittentes animā ratio-*  
*nalem, sumserint animam bestialē, uel si*  
*mul utramqꝝ habuerint: hæc enim omni*  
*no impossibilia sunt: sed tantum secun-*  
*dum apparentiam, phætastico hominis*  
*secundu*

secundū aliquā corporalem speciē īmū-  
 tato. Cui cōsentit diu<sup>9</sup> Thomas in que-  
 stione de miraculis. Aliqui aut̄ dixerūt  
*Mores homi* hæc intelligenda secūdum mores: ut po-  
 num ferini. te Arcadas uerlos esse in Lupos, non  
 Talis fit ani- quod reuera' essent lupi, neq; haberent  
 mus qualē in uerè figuram luporum, sed uiuebāt mo-  
 duit habitū. re luporum, & quod in effigie assimila-  
 atq; ita intra rentur lupis: ut homines uoraces & im-  
 nos bestiæ manes crudis uescentes carnibus, & for-  
 sunt et illa taſsis humanis nō tātum dicūtur Lupi  
 migratio ex ratione morū, imò eis multum in facie  
 homine in be horrēda assimilantur. Et de socijs Vly-  
 stiam. sis aliqui facti sunt porci, uel eq; uel quo-  
 modocunq; fuerunt secūdum mores &  
 effigiem. Nam ueluti effigies inclinat  
 ad mores, sic non minus & mores uari-  
 ant effigies. nos enim uidemus aliquos  
 prius fuisse mansuetos, & cū facie agni-  
 na, & ipsos mutatos in crudeles, facies  
 habere leoninas uel lupinas secundum  
 diuersitatem morum. imò unus & idem  
*Faciē mores* homo in pauca temporis mora sic in ef-  
 indicare, figie diuersificari uidetur. Vnde quādo  
 sunt læti, honestam & pulchrā uidentur  
 habere effigiem: & aliquando ex ira, uel  
 aliqua

aliqua alia perturbatione adeo uerti uidentur & mutari, ut uix illi primi crederentur. Tanta enim est morum uis & animi passionum, ut sapienter Albertus & reliqui sapientes in libro de Physiognomia declarat. Hoc autem in totum potest esse manifestum ex his que leguntur de Nabuchodonosore Babylonis Nabuchodo-  
Rege, Danielis 4. cap. nam ex homini- nosor.  
bus abiect⁹ est, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem Aquilæ crescerent, & ungues eius quasi ungues avium. Secundum itaq; hunc modum intelligi poslet hæc miracula suisse facta aut arte dæmonum, ut dicit Augustinus, præstigiando uisus hominem: aut penes secundum modum im- Augustini o-  
mutando ipsorum mentes, existimam- pinio an ho-  
rent se esse bestias, & more bestiarū ui- mines in besti-  
uerent: & nō quoniam sic uideretur ho- as mutentur.  
minib. & iste mod⁹ mihi magis uidetur Vide L.Cæ-  
cōueniens, salua tamē August. authori- liū lib. 9.ca.  
tate. Verū insequēdo qd inchoauimus  
scilicet nō admittēdo dæmones, pariter  
dicendum puto, hæc facta suisse ex ho-  
minum 21.

minū procuratione, utpote Circes uel cuiusuis alterius: qui nouerit sic præstis giantia ad modum Augustini: uel nouerit sic immutantia mētes ad modum nostrum, qui fuit secūdus. neq; istud uideatur incredibile: quandoquidem si dēmones talia faciunt non alterando, sed solum applicando actiua naturalia passi- nis: quid' ni & homines possent sine dæmonum præfidio talia facere? Et quod de auibus Diomedis dicebatur, quæ tā- tum Græcis adulātur, Barbaros autem clangore insectātur, nihil apud me est, quo dæmonibus in hoc indigeam⁹. Vi- demus enim catulos domesticis adulati, aduenas autem clamoribus & morsi- bus insequi. imò audiui in Rhodo insu-

*Canum mira  
adulatio.*

la canes esse consimiles: nam blandiun- tur Rhodianis, exteris uero crudeliter persequuntur. Habui ego etiam catellā quæ rusticos & male indutos uidere nō poterat: & bene induitis nunquam blan- diri cessabat. Insula autem Diomedea e- rat pars Græcię: Verū uulgas ignauum, quæ ignorat, dæmonibus & sanctis at- tribuit. Adde tamen & tertiam respon- sionem,

sionem, quam non puto impossibilem,  
si uera sunt quæ ab historiarum scripto-  
ribus referuntur, & præcipue ab Alber-  
to: capite enim 7. Tractatus primi libri  
suorum Mineralium, sic scribit: Adhuc  
autem frequentissime in aquis generan *Arbores in la-*  
*tur lapides ex eis: Expertum est enim in pides mutari,*  
*locis Pyreneis esse loca quædam, in qui ubi contingat:*  
*bus aquæ pluviales conuertuntur in la-*  
*pides, & retinent figuram lignorum. Et*  
*aliquando natæ plantæ in aquis & mari*  
*bus illis, ita sunt uiciniæ lapidum natu-*  
*ris, quod ad modicum exiccatæ in aëre,*  
*lapidum formam asolumunt, & huiusmo-*  
*di signum est lapis qui dicitur corallus,*  
*qui absq; dubio ex lignis generatur &*  
*plantis. Aliquando enim tempore no-*  
*stro in mari Danico iuxta ciuitatem Lu-*  
*becensem inuentus est magnus arbo-*  
*ris ramus, in quo erat nidus, & aues pe-*  
*rierant in nido conuerlæ in lapides erat*  
*parum ad rubedinem declinates: quod*  
*aliter esse non potuit, nisi quia procellis*  
*uel undis euulsa arbor, tempore quo in*  
*ea fuit nidus & aues, in aquam cecide-*  
*runt: & postea per uirtutem loci in quo*

S iacebant;

iacebant, in lapidem uniuersa fuere con-  
Gothie fons uersa. Est autem fons in Gothia, de quo  
omnia in la- uerisimile traditur, quod omnia, quæ  
pidem cōuer merguntur in ipsum, in lapidem cōuer-  
tens.

tit in tantum quod ad eum misit impe-  
rator Federicus chyrotecam sigillatam,  
ut ueritatem probaret quæ cum per ali-  
quot dies medietas corij & medietas si-  
gilli mersa eslet in fonte, medietates si-  
gilli & corij conuersæ sunt in lapidem,  
altera medietate corij manente. Refert  
& ueraciter à fide dignis, qd guttae quæ  
ex impetu casus eiusdem fontis sparguntur  
super ripam fontis conuertuntur in lapi-  
des gutterum quantitatem habētes, cū  
tamen aqua quæ sic fluit non conuerta-  
tur in lapidem, sed continuè fluat. Et in  
capite ultimo eiusdem libri sic scribit:  
**A**dmirabile omnibus uidetur, quod ali-  
quando lapides inueniuntur intus & ex-  
tra habentes effigies animalium. Extra  
enim habent lineamenta, & quando frā-  
guntur, inueniuntur in eis figuræ intesti-  
norum. Et huius causam dicit Auicen-  
na esse, quod animalia secundum se tota  
aliquando mutantur in lapides falsos. et  
multis

multis interpositis sic scribit: Hoc autem  
 testatur fabula Gorgonis, que ad se re-  
 spicientes dicitur couertisse in lapides.  
 Gorgon enim uitutem fortem minera-  
 lium vocauerunt, respectum autem ad  
 eam vocat dispositionem humorum cor-  
 porum ad uitutem lapidificatiuam. Ne  
 que his multum dissimilia uidetur, quae  
 a diuino Augustino scribuntur cap. 5. lib.  
 21. de ciuitate Dei, que ibi legas. Haec au-  
 tem pro tanto adducta sunt, ut uideas  
 contra communem cursum aliquid in aliud  
 transmutari. Nam quanquam animal secundum  
 communem cursum in cadaver transmute-  
 tur: si uera sunt que adducta sunt, tamen in a-  
 liud quam in cadaver transmutari contingit:  
 nam & in lapides immediate transmutata  
 sunt: & sic de platis & reliquis huiusmo-  
 di. haec autem ita facta sunt ex uitute for-  
 ti transmutatis, siue illud sit locus conti-  
 nens, siue aliud alterans. Quibus stanti-  
 bus, nihil ut opinor, uidetur repugnare,  
 homines ex uicinatis uel ex aliquo  
 alio, utpote ex uicinatis herbarum uel minera-  
 liis uel quidquid fuerit illud, conuersos  
 in Lupos uel porcos, uel aues, quodquid  
 Gorgon quid

tandem illud fuerit. non quidem quod ex homine aliquid factum sit Lopus, sic quod anima hominis transuerit in animam Lupi: ( hoc em in intelligibile est) sed quod materia quae sub hominis forma fuerat, immediate in Lupi formam transmutata est. Vnde sicut homo ex uno climate in aliud clima transmutatus, secundum mores uariatur, ut puta ex humano in lupinum morem: ut fertur de Persico, quod erat uenenum in Persia: & transmutatum ad nos est cibus delectabilis: sic materia substantialiter transmutatur ex ui agentis. nam auis de qua Auic. & Albertus loquuntur, ex aue in lapidem transmutata est ex ui continetis: hoc autem multum persuasibile uidetur: quoniam auis & lapis magis secundum transmutationem distare uidentur quam duo animalia specie distincta inter se: sed est dare primum per concessa, ergo & secundum. Quod & firmatur secundum Augustinum super Genesi ad literam, Magi Pharaonis ex uirgis uirtute sermonum fecerunt serpentes eiusdem speciei, cum his quos ex uirgis diuina

diuina uirtute fecit Moyses. Verum dæ-  
mones, per eundem Augustinum non  
operati sunt nisi applicando actiua na-  
turalia passiuis, ergo agentia sunt natu-  
ralia que ex uirgis possunt generare ser-  
pentes. Sed uideatur difficilius ex uirgis  
serpentes generare quam ex uno anima-  
li aliud animal, cum materiæ magis di-  
stent: ergo non inconuenit ex homine  
naturaliter generari Lupum. Quod si  
dicatur, Lupus generatur ex semine Lu-  
pi, non igitur ex homine: dicetur quod  
& mus generatur ex semine muris, &  
ex terra putrefacta. quare neque hoc incō-  
uenit, & apud Avicennam maximè ma-  
nifestum est argumentum non tenere,  
cum ponat diluuia uniuersalia. Quare  
secundum istum tertium modum possu-  
mus sustinere has fuisse ueras transmu-  
tationes. imò experimento & ex Histo-  
rijs animalium scimus unū animal trans <sup>vnu</sup> animal  
mutari in aliud immediatè, ut erucam <sup>in aliud trans</sup>  
in papilionē, ex uerme in uolatile ani- <sup>mutari.</sup>  
mal, & sic de reliquis: quare istud nō ui-  
detur impossibile. ex quibus sequitur,  
quod ea quæ in aliquibus fabulis dicun-

S ; tut,

*Corollaria.*

tur, non sint omnino impossibilia, uide licet ut aliqui homines sint in lupos trās mutati, uel in aues, uel aliquid alterius modi secundum rationem prædictam. Item sequitur quod ea quæ referuntur ab Aulo Gellio in cap. 4. libri de noctibus Atticis, non sint de necessitate fabulosa, scilicet quæ inuenit in libris quos emit dum ē Græcia Brundusium nauigaret, quæ breuitatis cauſa non referto.

*Ad octauam*

Hoc autem quod nūc dictum est, ad ingenia exercenda dictum sit. Ad octauam dubitationem, que, ut à fide digno accepi, inquietur à Plutarcho in quodā suo quæſito, multumq; curauī eiusdem Plutarchi o- Plutarchi solutionem habere: nūquam pus de oracu tamēn est mihi datum eam habere. Veris nōdū Latī rū ne ieiunus in hac quæſtione pertrāſe nē æditum am, dicam quæ mihi secundum principia quod sciam. pia naturalia uidentur dicenda. Quod si dabitur Plutarchum in hoc quæſito uidere, si mihi his dictis nostris uidebitur aliquid esse addendum, addā. Sin mi- nus, subsistam. Est tamen admodum deſiderabilis quæſtio et digna perſcrutatio ne. In primis quædam ſuppono ex qui- bus

**Tertiò** generatione animalium, & ex intumbris ferè locis. Supponitur & tertio, si aliquid naturaliter generatur, ex eo quod corruptitur, generatur. quare, dispositiones generandi, contrariantur dispositionibus eius quod corruptitur & eas superant, cum ipsum corruptitur. Suppositio per totum patet. quoniam primo de generatione, unius corruptio alterius est generatio. & nisi dispositiones generandi superarent dispositiones corruptendi, non fieret generatio, cum nihil generetur, nisi sint conuenientes dispositiones in materia: & nihil corruptur substantialiter, nisi dispositiones ipsum conseruantes corruptantur. Sup-

**Quarta.** ponitur quartò, quod quamvis urbs, populus, conuentioq; multorum non sit ita unum ueluti Socrates, ipsum tamen sic unum est, quod si incipit, desinit: sicut & Socrates. & breuiter, unum quodq; quod incipit, siue sit animatum, siue sit inanimatum siue substantia, siue accidens, siue unum per se siue unum per alligationem, siue sit natura, siue ad placitum, habet & illa tempora superius annumerata.

*Omnia im-  
cepta, etiā de-  
finere.*

